

## INTEREA, CVM TRISTIS RVMOR

de capta rursus Ierosolyma, & declinatione rerū Asia-  
ticarū, Germaniā, & omnes Christianas prouincias re-  
pleuisset, Imperator cōuocās Mogūtiā Imperij coetū, se

crucis charactere insigniuit, & cū eo Fridericus fili⁹ eius  
dux Suēviae: multi archiepiscopi, plures episcopi, dux

Bohemie, dux Austrie, & sine numero nobiles & ma-

gnates: Ita ut cōputarent in exercitu Imperatoris sexcēta millia pugnatoꝝ.

Crucis aut̄ legat⁹ a papa Clemēte erat Hēricus cardinalis epūs Albanen-

sis. Erat aut̄ annus octuagesimus nonus post mille ac centū. Priusq̄ tñ Im-

perator abiret, res in Germania pacare cōtendit: euocato Henrico Leone

qui iampridem expleto peregrinationis in Angliā tēpore, redibat Brūswi-

cum: Ibi enim locū inuenerat sinente Imperatore, q̄ esset peculiū eius a ma-

tre, Lotharij Imperatoris filia, proueniēs. Euocat⁹ ab Imperatore non cō-

tempsit iussionē. Euocat⁹ & Bernhardus iam titulū Saxonię pr̄ferēs: qui

cū illo de possessione Saxonię luctaret: pacē inter eos quibusdā cōditioni-

bus reformare tentauit: data Henrico triū optione: ut aut parte rerū con-

tentus conquiesceret: aut in expeditionē cum Imperatore, non suis, sed Im-

peratoris sumptibus iret: aut omnino ad illius reditū cōquiesceret. Henri-

cus preelegit omnino se cōtinere ad tempus, q̄ uel ire quo nollet, uel hono-

re pristino uilla de parte priuari patere. Igitur cum infinita illa multitudi-

ne mouens Imperator, multos preire, multos sequi iussos, alios etiā diuer-

so itinere gradiētes, cōstituto iussit cōuenire loco. Inerāt pro multitudine

mortalium in agmine incōmoda multa. Transit Imperator per Austrię in

Vngariā, inde in Bulgariā: Apud cōstantinopolim hēsitatū pro diffiden-

tia Gr̄corū: Nam quos Imperator pr̄miserat, episcopū Monasteriēsem

& comitē de Nassow, Gr̄culus rex diu detinuit captos, donec malis ua-

stationum incōmodis coactus remitteret, darec̄q; transitū incolumē, pre-

bens etiā nauigia ad trajectū: Sed aliquot deinde maiorib⁹ incōmodis ex-

cōmeatuū defēctibus perpessis, hostē habuere in cōspectu: Nam Turcia

magna, hoc est Asia minore, cōstiterunt: Pugnatū est ad profligationem

Turcorū: Inde peruentū est in Armeniā, ubi collocatis ad amnem castris

Imperator meridianos gestus aque refrigerio lenire cogitans, inexplorato

ingredit̄, infelicēq; inuenit exitū, & tanto principe nimis indignū: Nam

dum amnē non latū, sed inter mōtes uorticōsum cōtemnit, nec satis explo-

ratum ingreditur, arbitratus natando facile in alterā ripā peruenire, ui flu-

minis abripitur: & priusq̄ possit subueniri, oculis omniū aufert̄ in profun-

dum: Stabat mōestus in ripa exercitus, & quid facerēt nescientes, stupefi-

unt inexpectato magni principis casu. Alij memorant ab gestu diei & labo-

ris cum arma posuisset & uestes, amnē in superficie a sole tepidum, sed in-

imo frigidissimum, cum tetigisset Imperator, obriguisse subita mutatione

membra: & quod Alexandro ferunt obtigisse, pene emortuū in manibus

Imperatore: Tum uero subito aquis extractū paulū respirasse, dicentē, Be-

nedictus Deus qui me per aquā regenerauit, si per aquā me de mundo uo-

LIBRI VII  
autem in querione  
pertinet, & si perti-  
nent, & si mittunt  
se commitunt; si mo-  
dus adolphii, rebu-  
llocepta ciuitate  
adolphini primam expu-  
gna, Bernhardi  
expugnat, Iam  
adolphini autem, Iam  
quae fideles  
de Blandenfili  
obsecrare obfition  
comite l  
adolphini partes tue  
Turbauit fa-  
tum hostium d  
engagare; nec q  
adolphii & omnia  
adolphii suorum  
Racburgo, He  
Lubica, non  
adolphini pug-  
nare, Captus lorda  
adolphini perier  
dingat pecunia  
Heldoldus  
matur,  
Excentim H  
us egressus i  
an Adolph  
ungulat, conc  
adolphini tarda  
adolphini assat, j  
in archiep  
adolphini Brem  
adolphini pe  
adolphini, Henric  
adolphini arch  
adolphini, Quo c  
adolphini pacem acc  
adolphini Holst  
adolphini tenerer  
adolphini, filii

cat queri non possum: & paulopost cum ethera suspexisset fudisse spiritū: Hic erat finis Friderici Imperatoris, qui per annos uno min⁹ quinquaginta Romanū tenens Imperiū, multis laboribus seipsum ac regni principes, cum subditis implicitus. Sed tum filius Frideric⁹ ut poterat moestū cōsolatus exercitū, curā excepit ductādi, perueniēs cum agmine tanto in terram sanctā. Illius aut expeditionis exitū non prosequor: q̄ recenti opere Sebastiani Brant, omnis illa terre sancte iactatio elegāter explicata est: contenus in presentia Saxoniarū, & quę illis h̄erent, rerū cōmemoratione. Hui⁹ tamē Friderici res paulo lati⁹ sum exequut⁹: q̄ non eadē rerū fide per Ita-  
los recenserent, qua ab illis, qui rebus interfuerent gestis. CA. II.

Vm aut Frideric⁹ Imperator in expeditionē iret, cōperūt in Sa-  
xonia fieri cōmotiones non parue: Nam cum Adolphus comes

Holsatię Imperatore in lō ḡinqua peregrinationē sequeret, Hart-  
wicus Bremensis archiepūs, iam, ut diximus, in cōtemptu suo agens, Hē-  
rico Leoni reddidit comitatū Stadensem: ut Thietmaros, qui se iam Da-  
nis cōiuxerant, aliquādo eius cōsilio & auxilio ad ecclesię iura reuocaret. Cuncq̄ Henricus in Stadio moraret, adiere illū primores Holsatię, illi gra-  
tulantes de reditu: Ille loquit⁹ familiariter eisdem, magna illos spe erexit,  
si operam impenderent, se in Holsatię reducere. Mouebat illos magna  
olim principis fortuna, perq̄ illū magnos se futuros sperātes, dedita opera  
Hāburgo, Itzeho, Plone, ejēctis his quos custodes comes p̄fēcerat, duci  
aperuerūt. Adolph⁹ aut de Dasle, qui pro affine suo terrā regebat absen-  
tis, & mater Adolphi cum cōiuge Lubicā pro sua securitate sunt ingressi.  
Hēricus Leo, cū se illi denuo fortuna aperiret, & iam tenuerit Holsatię, in-  
de arma quanta potuit maxima cōtraxit. Accesserunt illi Bernhardus de  
Racebugo, Bernhardus de Welpe, Helmoldus de Zwerino comites, &  
alij amici eius: Inter quos crediderim generi sui Kanuti regis Danorū ar-  
ma nō defuisse: Primā aggredit̄ Bardewici urbē recuperare: Sed pertina-  
cius illis repugnāti⁹: nam inerat ualidū presidiū, quod urbem pro Bern-  
hardo duce tueret. Creuit obsidionis labor & interuenere pugnantū in-  
uicem, ut sit, cōtumelij plena uerba, & facta, ut ferūt probrosa, pro alter-  
no cōtemptu: Quę res ducē exasperauit: Inde q̄ factū est, ut dum fortius  
oppugnaret q̄ defendere, urbs ipsa die apostolorū Symonis & Iude ca-  
peretur, anno octogesimo octavo post millesimū, & direptioni militū per-  
mittitur: Sequit gladius: Qui supererant cēdi capiuntur milites atq̄ ciues:  
Post gladium ignis hosticus desequit: ita ut ex illo die non resurgeret urbs  
semel euersa: illa illa preclara, & quę memoriā antiquissimā fert̄ habuisse:  
Saxa & lapides inde deuehun̄t, uiciniſq̄ urbib⁹ incrementū p̄ebuerūt.  
Nam cum a mari Lubica, ad austrū Luneburgū incresceret, Hāburgum  
q̄cū non nihil inde sensit incremēti: cū interim Bardewicū euansceret: Bar-  
dorum olim dixere uicū. Ego fundatōrē eius Bardonē ueteri Saxonū no-  
mine arbitror appellatū: inde nomē remāsse, Bardewico: quomō ex Bru-  
none Brunswico, Nam Bardos non unam quondā gentē, sed generaliter  
omnē indisciplinatū & barbarū uocant populū. Prima ergo expeditione

LIBRI VII. SAX. CA. II. ET III.

prosperatus in euersione hui<sup>o</sup> urbis, cōuertit agmē ad Lubicā, illā quoq<sup>z</sup> oppugnaturus, & si pertinacia mereretur etiā eversur<sup>o</sup>. Ciues aut̄ euētūm Bardewici ueriti, mittū obuiā duci, qui cum illo paciscant̄: ciuitatē manībus eius permittāt: si modo Adolphus de Dasle cum uxore & matre peregrinantis Adolphi, rebus omnib<sup>z</sup> suis saluis exire sinātur. Probauit Leo paetū, & recepta ciuitate, mouit in Louenborg, arcē ducis Bernhardi, in stauratā post primā expugnationē Adolphi, & ceteror<sup>z</sup>, ut diximus, comitū: iamnūc Bernhardi ducis dominio subiectā, & magna instantia per mensem oppugnatā, deditā accepit: Pacti tñ qui inerant, ut cum armis & rebus salui abirent. Iam omnis Holsatia erat in manu Hērici, preter arcem Zegeberge, quā fideles Adolphi asseruabant: Eam iussit oppugnari per Walterū de Blandensile copiar<sup>z</sup> prefactū, iunctis Holsatis: qui una cum illo arcis fecere obsidionē: sed non ex animo: poenitebat iam eos transitio- nis, maluerūtq<sup>z</sup> comitē sequi q̄ Henricū Leonē. Eggo Stuer uir potēs, & qui Adolphi partes tueretur obsidentib<sup>z</sup> superueuit, & magno impetu in illos fertur: Turbavit facile quietos: Insectatur fugiētes trepidos, & inter alios Walterū hostiū ductorē capit. Captus aut̄ arcē cepit insidere, quam uenit oppugnare: nec quiescebat Adolphus de Dasle, quin expedita suor<sup>z</sup> manu Lubicā & omnia que Henrico parebāt infestaret. Henric<sup>o</sup> autē asp̄ rante uere, ualidā suor<sup>z</sup> manū misit in hostes: Preerāt copijs eius Bernhardus de Raceburgo, Helmold<sup>o</sup> de Zwerino, comites, & Iordan<sup>o</sup> dapifer: qui egressi Lubicā, non longe a Trauena obuios hostes habuere: Ibi collata manu fortiter pugnatur: Sed Adolphi fortuna preualuit: Captus Hel moldus: Captus Iordan<sup>o</sup>: Bernhardus uix fuga elabitur: Multi prēterea in flumine mersi perierūt: Captiū in arcē Zegeberge p̄trahūtūr: sed non lōge post ingēti pecunia persoluta laxant̄: Dapifer, q̄ locupletissim<sup>o</sup> esset sexcentas: Hel moldus comes trecentas argenti marchas persoluentes, in sua dimittuntur.

CA. III.

Ex interim Henric<sup>o</sup> Friderici Imperatoris filius, audito q̄ Henricus egressus in Saxonia tumultuaret, prēcipue indignat<sup>o</sup>, q̄ terram Adolphi comitis, qui cum patre suo sanctā inisset expeditiōnem accepisset, concit<sup>o</sup> mouit in Saxoniam: Brūswicū oppugnare conat<sup>o</sup>, sed per brumā retardat<sup>o</sup>, non profecit. Inde uero, cum alia quoq<sup>z</sup> Henricū presidia pertentasset, nec proficeret, cōuerso agmine redibat in Suæviam: Hartwicū tñ archiepūm, q̄ malor<sup>z</sup> incensor diceref, iussit sede sua protuberari, accedente Bremensiū in eū accusatione. Ille uero a facie eor<sup>z</sup> se contulit in Angliā: ibic<sup>z</sup> per annū cōmoratus, cum rediret, Hērico Leonī se dedit tutandū. Henric<sup>o</sup> tñ Leo interuenientib<sup>z</sup> Cōrado Mogūtino & Philippo Coloniēsi archiepiscopis, ad gratiā regis cōtēdit: indixitq<sup>z</sup> illi rex curiā in Fulda: Quo cū peruenisset Leo, interuētu dictor<sup>z</sup> pontificū in has cōditiones pacē accepit: ut Brūswici muros quatuor in partibus deponearet: Adolpho Holsatiā suā redderet: arcē Louenborg dirueret: Lubicam pro dimidia teneret, & alterā Adolpho partē reseruaret. Et ut firmata pax solida haberet, filiū Ludgerū Hēric<sup>o</sup> daret regi obsidē; qui non post mul-

tos dies Auguste uitā finiuit. Henricus aut̄ maior natu filiorū Leonis, regem comitatur in Italiā, urbē Romā, & in Apuliā, quinquaginta stipat⁹ militibus. Henric⁹ tñ Leo ex pactis cōditionib⁹ nullam impleuit, sperans p̄sente regi filiū facile irā ei⁹ leniturū. Inde rex Romā petit consecrādus, cum interim mortuo Clementi Celestin⁹ surrogatur: qui ut Imperatoris cōsecratio minus properare, suā ipse distulit. Romani tñ exeentes ad regem hac usi sunt oratione: Si i cx inuictissime Romanū senatū agnoueris, Vrbem nostrā, immo tuā exornaueris ex antiquo debit⁹ cultib⁹: Insuper latrocinātes tuos ex Tusculano retraxeris, apud p̄tificē agem⁹, ut omnia tua ex illo uota prosperentur. Ille mox p̄fidiū Tusculani abstulit, & Romanos bene sperare de se iussit, super omnibus quæ ad decus & ornatum Vrbis pertinerent: urbis Romę decora ad neminē magis, q̄ ad se spētare. Romani acito pontifice, cōperūt obtendere regis potentia, omnia sua in agris uastari, rapinis & incendijs patere: imminere Vrbi & ipsi pontifici ni resipiceret non uulgare periculum. Flexus pontifex nihil distulit, quo min⁹ a Romanis cum ingenti honore introductū regē ipso sacratissimo die Paschē cum regina Imperiali diadematē donatos ex more cōsecrāuit. Interea moritur Wilhelmus Sicilię rex Cōstantię Imperatricis germanus. Tācredus aut̄ quidā, cui moriēs & thesauros & coronā Hērico Imperatori d̄cferendos māda uit, ipse sibi regnū conat⁹ est arripere. Sed iam Imperator Henric⁹ copias suas adauctas Italorū armis perduxit in Apuliā, ui accepturus, quod iure negabat. Pontifex aut̄ Tancredo fauere uidebatur: Venit in montē Cassiū, & adorauit ad cineres diui Benedicti: In radice eius montis apud sanctū Germanū, Henric⁹ Leonis filius se retrahens, Romā repetiuit, & per aquas delapsus, ubi cōtinentem attigit, cōcit⁹ redibat ad patrē. Peruenit Imperator cū exercitu Neapolim, ibi occlusas portas, & rebellionē primum sensit: Munitissima ciuitas erat: Patebat maris adit⁹: Obsidio cōtemptui est habita: Accessere estus maligni, & aer noxius Italię multos fecit laborare. Mortu⁹ est ibi Philippus Coloniensis archiepiscopus, & in ecclesiā suā relatus: & Otto dux Bohēmię perīt, in quib⁹ erat robur exercitus. Multi prēterea nobiles, & uulgas militū sine numero perierūt. Imperator ipse desperabili cōpīt morbo uexari, & remeans in Germaniā rem tum sinit inexplatā: Imperatrix in manus hostiū peruenit: Sed tñ non diu post cum honore remittit: Iam Tāredo res prospere erāt: Nam quę ante Henrico parebāt tum se illi permiserūt. CA. IIII.

Dolphus Holsatię & Scowēborg comes, in peregrinatione ter  
a re sanctę, positus, ex recētiorib⁹ aduenis cognouit apud Tyrum  
terrā suā ab Hērico Leone occupatā: & cōsilio usus prudentiorē  
redibat in patriā. In Suēcia aut̄ cōueniens Imperatorē, ab illo cōsolationē  
plurimā accepit, & munera pro donantis magnificētia retulit non parua.  
Cōtendens aut̄ in Scowenborg, uidit omnes in Holsatiā sibi aditus inter-  
clusos: Nam Stadiū, Louenborg, Boitzēborg, Hēricus tenebat: Wāda-  
liam Burewin⁹ Henrici gener seruabat. Contulit ergo se ad Bernhadū &  
Ottone marchionē fratrē eius. Erat aut̄ circiter nonagesimus secundus. Hi-

Adolphū manu ualida in Erteneborg perduxerūt: Quē in locū occurrēs Adolphus de Dasle affinis eius, cum quātis potuit uirib⁹, eū excepit: Ad erant mater & cōiunx, & lētū lēti excepere. Bernhardus q̄b iunior de Ra ceburgo quē nuper apostolica dispensatione Hēricus a clericatu extractū q̄ patri unicus esset, militię reddidit, exosus Leonē, deserēsc̄ patrē, Adolpho se cōiunxit redeūti. Dux ergo Bernhard⁹, cum restituisset Adolphū, simul cum fratre marchione redeūti in sua: Cōmeatus tñ quos adduxerāt Adolpho relinquūt. Prīma expeditione Adolphus Lubicā obsidione ual lauit: hinc Adolphus, inde Bernhard⁹ sua castra sunt metati, uterq; in sua terra cōsistens. Inerat urbi Henrici Leonis prēsidū: cui prēfectus erat Lu thardus de Bergen, uir impiger: Sed cum aditus & exitus per flumē esset in urbē, cōtempta est obsidio. Adolphus multo labore trabibus & fudi bus immis̄is, fluuiū fecit immeabilē. Interea cum sui obsidionē seruarent, ille se cōtulit ad Danorū regē Kanutū, gratias agens, q̄ per absentiā suam solidā illi pacē cōseruasset: quis non ignoraret Waldemarū regis fratrem cum Waldemaro Sleswickensi episcopo nuper terrā eius ingressos, acce pisse obsides ab Adolpho de Dasle: prēsertim q̄ terrā Thietmariæ nunc regno subditā non tangeret. Itaq; rege salutato redibat ad exercitū. Inter hęc Henricus Leo copijs coactis per manū Conradi Rothen, quē Stadio prefecerat, una cū Bernhardo seniore comite de Raceburgo ab Albi mo uens, supuenit obsidenti iuniori Bernhardo: & exterruit obsidētes impro uisa irruptio: Vnde factū est, ut iunior Bernhardus cum suis magis in fus gam q̄ pugnā respiceret: & sese recepīt in Raceburgū. Exeūtes ciues Lubicēses intulerūt urbi cōmeat⁹ & arma, & quecunq; fugiētes reliquissent & secum introduxere agmē uenientiū propugnatorū. Proxima autē luce s̄dem egressi in Holsatiā, illā quoq; obsidentiū partē sperabāt improviso adoriri: Sed paratores ac sperauerāt inuenere. Igitur occupato uado, qđ erat in Zwartow, ueniētes exceperūt: Et līcet pauciores essent numero uir tute tamen prestare sunt inuenti Holsati: Nam cōmissa pugna, ducales in ciuitatē sunt repulsi. Bernhardus aut̄ iunior, auctus uirib⁹ redibat ad ob sidionē in partē australē, paratus excipere si erumperēt: Sed qui intus pri dem uenerant, ne oneri etiā obcessis essent, ad aquilonē nocte egressi, cum inter medios esset lacus Wokenisse, ita redire cōtendebāt in terrā pacatā: Quod ubi cōpertum habuit iunior Bernhardus, sciens ubi exeūdum illis esset, magnis eo cōtendit itineribus, & prueniēs, illis se opposuit in Wit tenborg ad ripam fluminis Albis: Initioq; cōfictu ex his capit, quorū ma gna erat pars ciuiū Stadensiū, & ex eo comitatu: Audiēs Adolphus, quē iam infirmitas corporis male affecisset, lētos suorū successus, recreatus est: & a militibus redemptos ciues Stadenses, remisit in patriā, expromittētes summū illi studiū ad opidū ab Hērici manib⁹ recuperādū cū exercitu. Parauit Adolph⁹ exercitū in Hāburgo, & traiecit in insulā quæ dī Gorges werder: ibiq; manēs adiūt a Stadēlib⁹: nec oīno cōuenerat inter eos super postulatis. Comes cōparatis copijs eas trāsposuit in ulteriore ripā Zwinge fluminis (Kedingā uocat terrā) Ibi incēdīo graffat, & rumor in Stadio

percrebuit: uenisse comitem ad euertendā urbē: illū esse, qui captos nuper ciues gratis relaxauerit, plurimū ex eo sperari posse fauorē, ex Leone nullam defensionē: cur calamitati nuper in acie cōfōrū plurimā expectent exaggerari cladē? Comiti deliberāt permittere opidū: Id cum rescisset Cōradus de Rothe, equos sterni iubet, dissimulā consiliū: & specie aliena pretensa cōmendat ciuibus urbē, irreditur abīēs, Comes ciuiū uolūtate opidum ingredit̄, nec distulere arcis custodes, quin & ipsi pacti incolumitatē & muliebrē supellecīlē, arcem tradiderūt. Permisit aut̄ comes uxorē Cōradi p̄fecti cum omni supellecīli abire securā: pro loricis uirorū efferentem cumulos thesauroꝝ. Qui uero Luneburgi erant in presidio, excursiōnib⁹ crebris fatigabāt comitatū Stadēsem iam comiti parentē. V.

Interea ciues Lubicensis obsidione cōtinuata laborantes inedia, cum audirent prosperari Stadio comitē animis angebant, incerti quid facerēt. Alij Danor̄ regi permittendā urbē putauerūt, quod regnis carere non possent, & ei⁹ protectione securi uiderent: Alijs cōtraria mens erat, arbitrātibus, si hoc facerent Imperiali banno supponendos, nunq̄ egredi posse pro mercaturis. Quocirca Ottoni marchioni tanq̄ Imperiū uicario se submittēdos putabāt. Adolphus ubi hāc fluctuationē animorum accēpit, magis urgebat obſessos, per pulit̄, ut sibi dederēt ciuitatem, pacti, ut liberi abirēt, qui ducis nomine inessent. Recepta urbe ad Imperatorē Henricū Adolph⁹ ire cōtendit: qui Imperiali decreto omnes ab urbe prouent⁹ illi cōfirmauit. Bernhardus aut̄ dux cum uideret prospere agere comitē amicū, fortiter & ipse agere cōstituit: ut arcē a se fundatā Luuenborg recuperaret: & uere primo eduxit exercitū, obsidēs arcē, & uehementer oppugnās: sed cum expugnare facile non posset, fame cōstituit affigere cōtinuata circūsessione: Iam fame laborabāt, & expectabat securi- ordū deditiōnē, & per incuriā passus est delabi ab exercitu quoſcūq; uolētes, cū paucis remanēs ad obsidionē. Interea Hēricus Leo immisit clam expeditos milites per Albim sub manu Helmoldi de Zwērino, & Bernhardi de Welpe comitū: ut aut̄ escas importarēt obſessis, aut̄ collata manu soluerent obsidionē: Transierāt primo diluculo fluuiū, & securitas ducis fecit, ut non aduerterent̄, donec multiplicati uim intulerūt obsidētib⁹: nec potuit par esse imparat⁹ preparatis ad pugnā, fugatusq; est dux Bernhardus, & soluta est obſidio. Sed res comitis Adolphi usq; in hanc diem prosperas labefactauit fauor quē impēdissē uidebatur Waldemaro Sleswickensi episcopo, rebellionē molienti regi Kanuto pro corona Daniæ, ad quā se tam natū esse cōtendit episcop⁹, q̄ ipsum Kanutū: qui cum esset Waldemari nouissime regnātis filius, ipse Waldemar⁹ epūs patrē habuit Kanutū eque regem, qui cum Zwēnone in cōuiuio cecidit: quod in Daniā nostra dixim⁹. Faciebat animos episcopo ad rebellionē moliendā amicorum de Norwagia prompt⁹ animus: Itaq; & Adolphus illi inhēsit, placens perinde Imperatori, qui regi Danię iam male uolebat, pro inuasa nuper Wandalia, & recusata Imperio subiēctione. Igitur Ottone marchionem comes traxit in cōmunionē belli: qui ueniēs cum expeditis in Holla-

tiā copijs regē demorabat, ut sperabat egressurū: & cū ille diu expectat⁹ non ueniret, copias ille suas fastidio & sumptib⁹ uictus reduxit. Adolph⁹ aut ut se ostentaret Waldemaro episcopo, cum quātis potuit uirib⁹ Eydo ram transgressus populaſ ea que regis sunt, que fuit illi rerū suar̈ oniniū uera subuersio: nam dum ille hostilia exercet in regē, Waldemar⁹ episcopus cui ille seruiebat, circūuenit ab his, qui illi recte cōsulere putabant: ponitq; rebellionē, nihil admonito comite: & se in gratiā cōfert regis, oblit⁹ bellī sociū. Trahit⁹ perinde epūs in carcere, & cōpedib⁹, & manicis ferreis uincit: hac fret⁹ in Adolphū indignatione rex, simul ut Hērico Leoni socio suo ferret suppetias, mouit in Holsatiā: Sed comes longe imparē se regi sentiens, cum amici & auxiliares abessent, submissis oratoribus, regem placare cōstituit: & cōuenit tum, ut comes ad cōpensanda quæ irrogauit dama, millequadrinētas denarioſ marchas regi persolueret. Itaq; placatus rex reduxit exercitum.

## CA. VI.

Enricus autē Leo, cum ad recuperationē pristini honoris frustrā niteret, sciēs non nisi Imperatoris manu, tantū uulnus, qđ Cæsare⁹ gladius fecit, posse mederi, filiū equiuocū Hēricū iterū submisit: qui curiam sequeret Imperatoris: & obseruato tempore, iram leniēs, obsequijs gratiā patri recuperaret. Sed dum diu frustra laborasset, intento Imperatore ad uarias regni perturbationes, alia uia conat⁹ se propi⁹ insinuare Cesarī: Nā comitis Palatini, qui patru⁹ erat Imperatoris, filiā, pmeruit idē Hēricus iunior cōiugē: qđ esset procero corpore, magna formē dignitate, cui mores & stēma nobilitatis responderet. Imperator has nuptias nō multum probauit, coarguēs familiari⁹ cognatū: qđ Imperij hostē tāta sibi affinitate deuinciret. Sed quia legitimū uinculū solui non poterat, Henricus hac uia interueniēte socero cōcepit Imperatori fieri cōmendatōr. Imminebat tum grandis illa in Apuliā repetita expeditio: erat auẗ annus nonagesimus quintus, in qua expeditione talon ac tantū se prebuit iunior Hēricus, ut Imperatoris largitione, omnē socii sui dignitatē, hoc est Palatinū comitatum promeruit: Noua perinde lux in Saxonia oriri uisa est, cum omnes arrestis auribus primā senioris Hērici gloriā per filiū restituēdā expectarent: Bellū enim quod fuit hacten⁹ per Saxoniā infestissimū tum cōquieuit. Senior auẗ Hēricus iam uicina morte totus ad religionē uersus, ecclesiās in Brunswico cum suo palatio exornauit. Imperator in Apuliam progressus est prospere agens: Nam mortuo Tancredo regni detentore, sine cōtrouersia admittitur a procerib⁹, & regni possessionē ingredit⁹: Reperit thesauros absconditos, & supellectilē ex auro argentoq; splendidissimam, reliquias ueterū Normānor̈: qui regnū illud, quod in Norwagia ostendimus, fundauerūt. Iam Imperatori natus erat filius Frideric⁹ ex Cōstantia Imperatrice, ut fama suscepit: Rediens auẗ Imperator in Germaniā, reliquit in regno cōiugem ad cōfirmandos uacillātes, & in fide cōtinēdos: Ipsa uero per annum quandā, que fuit occultor̈ in aula cognitrix sagacissima, reperit thesauros magnos Rogerij regis, & mittens post Imperatorem celerem nūcium, quid illi de inuentis perplaceret cōsultauit. Impera-

tor, ut erat princeps animo liberrimus, remandauit de thesauris quod sibi uideretur faceret, modo regno cōsuleret, & in fide proceres cōtineret: illa magnifice pro cuiuscō dignitate munera distribuit: ut sibi faceret deuinctiores. Inter hēc captus est filius Tācredi cum matre uidea & sorore: Capta q̄q̄ Impatoris Cōstātinopolitani filia eidē adulescēti despōsata, quā postea duxit Philipp⁹ Imperator Hērici & german⁹ & successor. VII.  
 Vm aut per hēc tempora Hartwic⁹ archiepūs Bremēsis ad ecclesiā suā, a qua exulauit, Imperatoris gratiam cōsequut⁹ redisset: cum tamē multa cler⁹ & populus in eius destitutione apud summum pontificē & Imperatore laborassent, iamq̄ Bremēses in Waldemarum episcopū Sleswickēsem adhuc uinctū respexissent, non tñ preualuit molitio eorū, quomin⁹ Hartwicus diutinā seruās patientiā finaliter in gratiā Imperatoris reuersus, ad ecclesiā suā est restitut⁹. Ciues tñ qui Imperatoris iam dudum habuere mādatum de retinendis archiepiscopi redditibus, non facile credidere redeuenti: q̄ Cesaream gratiam recuperasset, q̄diu nullas cernerent literas pristinā iussionis uinculum relaxantes: quis pro ipso faceret assertio Adolphi Colonensis archiepiscopi, qui hoc literis & nuncijs testificaret. Sed quod non libenter factū audimus, difficulter credimus. Adolphus comes, qui iam comitatū Stadensem, ut dixim⁹, tenuit, Bremā proficisciuit, cōgratulatur⁹ archiepiscopo, si uera uia niteret: alioqui illi obstitut⁹: Vbi uenit, accepit eū Imperatoris uoluntate, amicorum ope, illā ad ecclesiā redisse: Vnde factū est, ut comes Imperatori gratificās apud ciues effæcit: ut rerū illi ecclesiasticaꝝ permitteret administrationē: De redditibus aut sub interdicto & firma Cesaris constitutis, nihil agere sineret. Adolphū aut archiepiscop⁹, qui hoc egre ferret, in faciē durissime coarguit, tanq̄ inuasorē rerum ecclesiē: q̄ multa tenere diceret, que essent ecclesiastici iuris: eumq̄ monuit, ut redderet: ni faceret, excōicauit. Adolphus sedē apostolicā appellauit. Archiepūs cōgregato suoꝝ cōcilio deliberauit quid faceret: & placuit, ut nō modo in cathedrali sede, sed in omni diocesi diuina interdicēs suspenderet. Comes interea Adolph⁹ irar⁹ plen⁹ q̄ excōmunicationis gladio immerit⁹ feriret, presertim interposita appellatiōne legitima: & ideo qui fauebat, cum illo cōmunicabant, parte altera cōtendēte, non illo solo capite illi interdictū, super quo prouocarit, sed alijs ex causis innodatū censuris, quod comes non fatebat. Coarguēs in gratitudinē episcopi & suoꝝ: q̄ ille comitatū Thietmaror⁹ pridē rebellā tem, ecclesiē redintegrasset, his nūc rebus male pro obsequio remunerari. Pertesum est aliquā ciuitati diuturni interdicti: q̄ mortuor⁹ corpora infelta ciuitatē inficere uiderent⁹. Relaxatū est ea in sorte, ut in maiori ecclesia ecclesiasticū officiū pageretur; in ceteris maneret silentiū: Turbatio nimirū grādis, qn & ipsi canonici inter se diuisi non unū sentiret: Alij archiepiscopo, alij comiti subscribētes. Ciues comitis partē tutati ejciunt̄ urbe cum ceteri diceret proditores urbis in ciuitate non ferēdos. Valuit hēc cōtrouersia q̄diu in Apulia aberat Imperator: Vbi ille reuersus est, archiepiscopus sexcentis marchis munere datis, gratiā plenā redemit. Comes Sta-

## LIBRI VII. SAX. CA. VIII. ET VIII.

dij comitatū cum tertia reddituū parte in beneficiū accepit ab archiepiscō  
po: & omnis illa cōtrouersia, quę dudū efferbuit, cōquieuit, solutis uincu  
lis ecclesiasticis.

## CA. VIII.

**V**o tempore Hēricus Leo iam etate fessus, & qui fortunā exper  
q tus utranqz, diu in terraꝝ orbe iactatus esset, plenus dierū, cum  
Brūswico, ut diximus, exornādis ecclesijs, & reparādis pijs ubiqz  
operibus intētus ageret, in pace quieuit, tumulat⁹ in ecclesia sancti Blasij:  
quam ipse ornauit, ditauit, & semper coluit. In sepulchro eius Leonē fusio  
lem cōstituerūt: ut cognomini eius, q̄ Leo diceret responderēt. Inde sum  
psit occasionē fabula illa puerilis, quā paucis supra exufflauim⁹, de longa  
peregrinatione, quā fabulator ignorabat, in terrā fuisse sanctā: & inde pu  
dore deposito, libere effinxit de nauigatione errabūda, de cōsumptis, uel  
inēdia, uel alia occasione socijs, dec̄ duce, cū esset insut⁹ corio, per grifone  
deportato: de pugna draconis & leonis, cum ille leoni faueret ad uictoriā:  
sequutū leonē, & ita cum belua reuersum, prīcipē iam incognitū. Aniles  
nenias cōtemnimus in historia, quas neqz ullus cōmemorat authorū, neqz  
ullam habēt ueri similitudinē: Abeant in tenebras & obliuione. In idem  
tempus incidit obitus Bernonis Zwerinēsis primi episcopi: nam prēcesso  
res ei⁹ Magnopolitani diceban̄. Vir erat religionis, & amātissim⁹, & ob  
seruantissimus, & qui per omnia fere tempora Hērici multū in cōuersione  
Wandalorꝝ laborasset: Sepe contumelij pro Christo affectus, periculis  
multis examinatus, pulsus, cęsus, exhonorus: in quib⁹ omnib⁹ triūphas  
bat gaudens, q̄ dignus habereſt pro nomine Christi illa sustinere: par in  
signe uirorꝝ, qui & temporis perpetuo tractu, & laborū uarietate, pro no  
mine Christi memorabiliter diu in ecclesia desudarūt: Annū fuisse nona  
gesimū septimū tum nōnulli, alij quintū fuisse cōtendūt, post cētum atqz  
mille, cum in fata cōcederēt, ad meliora translati. Henric⁹ aut̄ pro insigni,  
quā aliquā gestabat gloria, & pro exquisitis in seculo rebus gestis, cum Sa  
lomone de uniuerso suo labore, quo sub sole laborauit, nihil est in terris  
cōsequutus, nisi memorabilem sepulturam, & memoriam cum laude bo  
ni nominis sempiternam.

## CA. VIII.

**I**lu nos Fridericus Imperator, & Hēric⁹ Leo, prīcipes, omni quo  
d memorabiles, genere Saxones memorando tenuerūt, q̄ raro pa  
res rebus gestis ea natio protulit, q̄qz res ab illis exantlatę non sa  
tis fideliterab Italicas scriptorib⁹ percenseant̄: Nunc Henrici Imperatoris  
eo nomine. VI. res exequamur: Cum res Christiana iam dudū in Asia la  
befactata deflueret, capta rursus a Saracenis Ierosolyma, Celestinus papa  
instituit, missis in orbē Christianum legatis de latere, excitauitqz Imperato  
rem Hēricum: ut apud Argētinā susciperet crucē. Idem fecere Hēric⁹ Pa  
latinus Reni Leonis filius, Otto marchio Brandēburgensis: Sed ille apo  
stolica postmodū uoti cōmutatione domi substituit. Hermāntis de Turin  
gia Lantgraui⁹, Walmarus de Limburg, Adolphus de Holsatia, & Sco  
wenborg comes: dux Austriae, Hartwic⁹ Bremēsis archiepiscop⁹, Rodo  
phus Verdensis: Quadringēti preterea ciues de Lubica triūphale crucis

LIBRI. VII. SAX. CA. VIII. ET X.

379

Lignum sequuti, in eam se militiam accinxere. Sed cum Imperator ingressus in Apuliam, iam ante omnia, per Cōradum cancellariū parari iussisset, aurum, cōmeatus, naues, milites, perplexitatē eam reperit in regno, quę personam eius a peregrinatione distineret: Delatū ferūt Imperatori, q̄ Cōstantia regina, & si in seniū uergeret, occulta tamē ageret cōsilia subuertēdi Imperatoris: ut aliū e regno maritū, quę amabat, regē faceret: Iordanū nobilis Siculū ferunt reginę fuisse gratissimū, & ab ea suscepisse munera, auro, gēmisq̄ preciosa: uicissimq̄ sua non minori estimatione remisisse. Imperator iram non ferēs, capi iussum hominē, in sedem ferreā igne cādente fecit collocari, & coronā ignitā ferreā, clavis capitī ei⁹ iussit affigi: Alium Richardū cōiurbationis cōscium, per plateas publice tractū, suspēdio mandauit necari: quia tentauit poculo subuertere Imperatore. Erat tum septimus post nonaginta annus, cum diuerso itinere, terra, marisq̄ progressi peregrini in sanctā expeditionē deproperāt. Adolph⁹ quidē Holsatię comes terrestri peruenit itinere, cum his, qui ei se cōiunxerant ad Imperatore in Apuliā: qui & ipse ingentes copias auro cōduxit, partim etiā uolūtaria militia pro Christi honore transituros, sub signis Imperatoris militare cupientes; quibus ipse prefecerat Cōradum cancellariū suū, olim ecclesię Lubiceſis electū, nūc Herbipolensis ecclesię episcopū cōsecratū: Naualis aut̄ exercitus sub Hartwico archiepiscopo Bremensi mare tenebat occiduū. Inerat Dani, Phrisij, Lubiceſes, Bremenseſq̄ per littora maris Britanici: omnem Phrisiā, Hollandiā, Zelandiā, Flandriā, Franciā, Hispaniāq̄ preteruecti, ad Vlixbonā peruererūt: ibi peregrini a pōtifice loci satis hospitaliter excipiūt: dimissiſq̄ legunt littora restantiū Hispaniarę, & flexo in orientem cursu, Bethycam Narbonēsemq̄ prouinciā preteruecti: Siciliā maritimā insulā tetigerunt, ad Messanā urbē cōsedentes: Ibi iūctis armis sub signis Christi cōtendūt in expeditionem ordinatam.

CA. X.

Imperator ipse, sub manu Cooradi Herbipolensis episcopi cancellarij sui, sexaginta suorę millia misit: Cui iunxit Adolphus Holsatię copias suas: Et fēlicib⁹, ut sperabāt, auspicij, in hostiā cōtēderāt: In Cypriū ueniētes, ei⁹ loci regē de Imperatoris Hērici mādato, diadmate quod secū extulerat Cōradus episcopus coronauit: Nam id antea, idem rex per literas & solennes nūcios ab Imperatore occidentis postulauit: cōtemnēs subesse Greculo Cōstantinopolitano, iam dudū a gloria patrum degenerāti. Ibi reb⁹ ex sentētia cōstitutis, cum omnia rite peregisset Cōradus, nauib⁹ repetitis in Ptolemaidā cōtendit, Accon tūc uocauere: Ibi tristi nūcio percellitur, de morte Henrici Cāpanię quidē comitis: Sed tum regis Ierosolymitanī, qui nocte surgēs in cubiculo cum auras captaret, imprudenti⁹ excidit a fenestra, & fractis ceruicibus expirauit. Ea tum erat fortuna Christianorę, cū nou⁹ aduētaret exercitus, ut neq̄ regiā neq̄ regem haberēt. Recenter aut̄ Saraceni loppen de manu Christianorū tulere, hoc ordine. Cum intus esset Christianorę omnigenū ingens manus, obsedissentq̄ Saraceni: ceteris ferociores pro suo more Theutonici eruere, hostibusq̄ cōfligentes, retro illos pepulere; & iam uictores repetiuere

LIBRI VII. SAX. CA. X. ET XI.

urbem: Qui intus erant Theutonicis inuidentes, aut min<sup>o</sup> forte q̄ uellent illis obtēperātes, exclusere: ut ab hostib<sup>z</sup> cōglobatis opprimerent. Prima ergo nūc peregrinor<sup>z</sup> expeditio fuit in Ioppen: qd opidū expugnauere Saraceni, soloq; deiectū reliquere: Vbi nō repererūt peregrini in quos gladiū distringeret, rediere Acconē: Nam Saraceni uictores, cum præda & captiuis, priusq; illi accederet abierūt. Adolph<sup>o</sup> Holsatiq; comes, qui iam altera uice pugnauit in ea terra, quia illis tum rebus in Asia gestis, non solū interfuit, sed prefuit, silentio a nobis preteriri non debuit: Nam ceteri qui rem narrat, eo q; nullus erat magn<sup>o</sup> eius expeditionis fruct<sup>o</sup>, breuiter trāseuntes, res fortiter gestas dissimulāter pretereūt. Non est fraudandus noster ille comes laude sua. Igitur peregrini cōuenerant Tyrū, que cum Accone pene sola remāsit Christianis in terra sancta: Ibi speculatis uiribus & rebus ordinatis ad proxima recuperāda cōtenderāt. Sydon olim florens iam diffisa tueri, ab Saracenis deserta est: Ampla in ea palatia principib<sup>z</sup> uiris digna, cedrini parietes, & preciosa queq; domicilia tum relicta cernebantur: Transit ad Sarepta Sydonior<sup>z</sup>, nec ibi diu hēsitatū est: Peruenit ad Baruth: Ibi quoq; opido relicto in munitissimā arcē se cum rebus Saraceni recepere, solis captiuis sub custodia in urbe relictis. Christian<sup>o</sup> exercitus terra maric<sup>z</sup> diuisus erat: Terrestres copie prime cōspiciuntur: Hostes uisis pares se futuros arbitrati, cum maritimos non cernerent, egressi pugnam inuadūt: Christiani excipiūt: Hic prefectus turmarū insigni uectus equo, huc atq; illuc inter ordines uolitabat: Strages utrinq; non parua: Adolphus non passus grassari impune hostiū ducem, proximū cōpellat Bernhardū de Horstmaria: Vides, inquit, sequentē, una aggrediamur: Dīcto citius lanceis ex latere inuadūt, eum iumento deīciūt. Ille uir fortis in pedes se recipit iterū ascendēs: Secūdo deīcitur, & inter laborandū, laxatis armis uulneri locum faciēs trāffoditur. Capti sunt præterea duo de primis, cum multis alijs captis, atq; cæsis: Cæteri se retraxere & in fugam abierunt.

CA XI.

Dnauigabat interea classis Christiana & quidā ex captiuis Christianis, cū uigiles & custodes oppressisset somn<sup>o</sup>, signū dat e specula, ut inuadāt opidū: Mirantur nautici quis ex opido uocet signū ostendēs. Sed tñ Dei nutū interpretātes ex opido, oppughāt: Capto opido & arcē expugnant. Hostes ubi uidere & ducē cecidisse & fortissimum expugnatū presidiū, se per nemora & in uios montes fuga sunt tutati. Celebre factū est Adolphi nomē inter omnes ex hac prima cum hostibus cōgressione: Repertum est in arce armorū & cōmeatuū plurimū, magno nostris futurū adiumento in hostili terra. Tantū inerat ciboru, ut triennio obſessis sufficere uideretur: Tantū armorū, ut duabus licet magnis nauibus exportari non potuissent: Oportunū erat hoc semper Saracenis presidium, unde fiebant terra maric<sup>z</sup> Christianis incursions. Decē & nouē millia captiuorū huic Saladino presentata ferūt ab ipso Syrię excidentis initio: ubi etiā pro insigni loci gloria Saladinus primū est rex coronatus & rex Ierosolymę pariter & Babylonię cōsalutatus. Cūq; hec tam prospē

ra fuissent Christianis, triste superuenit de morte Imperatoris nunciū, & cœpit inter omnes trepidatio non uulgaris, cum aliis patrimonio, ali⁹ be neficio suo timeret: Nōnulli de emulīs, ali⁹ de amicis cogitauere, nec quie uit tumultus, donec adunatis principib⁹ sacramēta prestaret omnes, se Imperatoris filio parituros: que res quietē peperit. Inde alia quoq⁹ cura succedit de rege Ierosolymorū surrogādo: Placuit in cōmune principi Tyri regnum deferre: Ille accepto honore, relictā Hērici reginā sibi cōiunxit matrimonio. Antiochia quoq⁹ Christianis supererat: Aderat ei⁹ princeps, & rebus bene gestis, ad sua remeabat. Territi Saraceni multis de locis cessere Christianis: Ita ditio Anthiocheni quoq⁹ principis extensa est. Thoruttū a Tyro mille passibus distabat, in monte positū, inexpugnabile uidebat: quod fortissima hostiū manus tenebat, quotidianis incursionib⁹ Christianam militiā fatigabat: Visum est principibus obsideri: multū diuq⁹ in expugnatione frustra laboratū. Aderat Saxones pleriq⁹, qui in Hercinia fodendis mineris desudat: Aggressi opus, cuniculis factis, muros subruunt: Territi hostes circūspiciunt: sed occurrere tāto non poterat periculo: Sūma cogitabant, mors, & quidē crudelis ante oculos: deliberabat, ut interposito colloquio, uitā, si non aliud paciscerent: Ad p̄ximos uersi inducias paruas ad mutuos sermones depositū, & accipiūt. Vbi uentū est ad colloquium, primū poscūt quis sit princeps a quo oppugnantur. Illi referunt: Esse Henricū Palatinū Reni potentissimi ducis Leonis filiū: Eius poscūt præsentiam: Quibus obicitur: Turbatores estis pacis & ueritatis inimici. Illi respondēt de utroq⁹ sibi certa esse colloquia cum principe. Venit & rogarunt ab his, ut interposita pace & fide publica in medium ducantur principum facturi ditionem.

## CA XII.

Enric⁹ Palatin⁹ eos deducit: Aderat inter alios Hēric⁹ dux Brabā tie: Ibi ab Saracenis cœpta est oratio, que cōmiserationē exflagitaret: Cōmunem esse Deū quē utriq⁹ coleret, ritū duierūt: Illis Abraham esse generis principiū: q̄ a Sara geniti, Saraceni dicāt, frates esse, cōmuni p̄ditos humanitate, sub uno patre Deo, humanarū rē uarietate, iam se uictos, s̄aepē ante uictores: nunc accipiāt deditos, solas uestes cum uīta permittentes: In ipsa arce captiuos plurimos cum multis esse thesauris: accepta ditione abire sinant orant: necq⁹ difficile illis futurā, hoc capto p̄silio duorū proximorū occupationē. Inclinauerē multi ut ditionem acciperent: Alijs ex re uisum, ut expugnata arce terrorē in hostem cōgeminēt: Ita non unū sensere. Adolph⁹ comes nōnullos ex cōtradicentibus perducit ad muros, munitionē ostendit, pericula quāta immineant oppugnatibus ponit sub oculos, & in sententiā suā partis multos pduxit, ut placeat deditio, modo obsides dent ad implendas cōditiones. Retulere septem ex Saracenis qui uenerant rem ad cōsortes: Ibi fit cōploratio: Resistunt milites in faciē primorib⁹: nūq̄ se uiuos arcē hostib⁹ permissuros: Quid enim desit nesciāt: Arma, cōmeatus, ualla, propugnacula. Igitur ex sententia militū cōditiones pernegātur: Iterum oppugnat, defendunt: & in longitudine tēporū defecere Christianis cōmeatus: A Tyro peten-

LIBRI VII. SAX. CA. XII. ET XIII.

di erant, nec infirma manu propter incursionē hostiū dimidiū misere copiarum, reliqua parte ad obsidionem remanēte. Diu aberat: Timor inuidit Christianos: sed cum redisse nūciarent̄, recreati sunt: Simul tamen & hoc renunciaſ, properare Saphadinū principē potentissimū, cū Persis, Medis, & Assyrijs, & infinita hominū colluuie. Non potuere nō timere, qui ap̄paratū hostiū & suor̄ paucitatē respexere. Itaq̄ relicta obsidione, Tyrum atq̄ Acconem petiuere: Vulnerati ac infirmi multi (misera facies) relicti, quib̄ potuere uirib̄ inseguuti sunt. Iā ueniēte Martio de patria qñc̄ sua cogitabāt: & cōparatis nauib̄, preſerim q̄ Imperatore mortuo nemo sup̄cesset, qui suppetias mitteret: & in rebus cuiusc̄ domesticis pturbatio, quē solet cum nouis surgere principibus timebat. Solus Moguntinus & Verdēlis presules remālere, qui iādudū ex Imperatoris decreto ibāt corona re regē Armenię: qui hoc ab Imperatore dudū efflagitasset. Peregit ergo Mogūtin⁹ in rege Armenię, qđ ante cācellari⁹ in rege Cypri: Cōposuitq̄ pace sequestra res inter eūdē nouū regē, & principē Antiochię. XIII.

Perepreciū est paucis inserere, hoc tēpore factā Liuonię ad Christi fidem cōuerſionē per gentē Saxonū, & eos, qui in eā prouinciam mercandi gratia e ciuitatib̄ Saxonię atq̄ Wādalię nauigauunt. Fuit aut̄ primus hui⁹ plantationis author nouellę dñs Meyner⁹: alij dixere Meynardū: Zeḡebergēlis canonic⁹: quē eloquiū Dñi inflāmauit ut eidē populo infideli pacē Dñi nūciaret, & paulatim calore fidei faceret scintillare. Cunc̄ uir bonius per aliqt annos cum mercatorib̄ eo nauigaret, & operę pietatis deuot⁹ insisteret, sensit manū Dñi non abbreviatā, & auditorū deuotionē plurimā: Accedēs igitur Bremēsem ecclesiā, cui tum preerat Hartwic⁹ secūdus, de negotio pietatis apud eūdem atq̄ capitulū eius uerba fecit, ne in uanū laboraret; sed maior̄ authoritate res inchoata procederet. Impartiē archiepūs uolens uiro zeloſo euāgelisandi authoritatē: ipsumq̄ pontificali subiectū honore mittit in gentē Christo cōciliandam. Ipse igitur Meynardus humilis & deuotus, auditorib⁹ suis uerbi spargens semina, arguendo, increpādo, magis tamē obsecrando, duriciam gentiliū frangēs, ipsorū corda non min⁹ munerib⁹, q̄ exhortationib⁹ paullatim ad quod uolebat Deo annuente pduxit. Annus erat sextus & octagesim⁹ post centū atq̄ mille, cum in Liuonia primū sedes episcopalis per Meynardū erigīt, intitulata patrocinio beatę Marię uirginis in loco qui Riga dicitur. Et quia idem locus beneficio terrae & aquarū multis donis exuberat, nūq̄ ibi ex illo tempore defuerūt Christi cultores, & nouellę ecclesię plantatores: Est enim terra fertilis, agris, pascuis abūdās, irrigua fluijs & perinde satis pīcōsa, & arborib⁹ memorosa: Multi se in eam operā cōtulere cum Meynardo, & deinde post illū: in quibus erat uir precipuus Bertoldus abbas de Lucka, monasteriū arbitror Cirsterciensiū ubi cunq̄ sit: nam alij annales p̄ferūt abbatē suisſe Griseor̄ monachorū: quod genus uestiū habuere monachi Cisterciij. Hic ergo cum laude memorandus instantū ad Christi gloriā efferbuit amplificandā: ut relicto fratrū suorum monasterio, relicta quā habuit sine turba quiete, in peregrinationē se con-

LIBRI VII. SAX. CA. XIII. ET XIII.

tulerit laboriosam & periculo plenā. Meynard⁹ prior diu cōsedit in terra priusq̄ gētis lingua perdiceret: firmauitq̄ sibi ab incursione malor̄ presidium in insula fluminis Dune (Kerckholm nūc uocat) arcē, quā modo teneant fratres ordinis Theutonicorū. Sed ubi Meynardus diurno labore multis periculis cursum uite in omni sanctitate, iusticia, & religione fereuens pro Christo peregisset, cōsummata fine bono, trāsissetq̄ ad meliora. Bertold⁹ ille uolūtate archiepiscopi surrogat epūs Liuoniensis: Is aut uir ad omnia pro Christo pericula prompt⁹ subeunda, accepto q̄ maligni armis poti⁹ q̄ uerbis subigēdi uiderent (exuberat enim & exuperat in omni terra malor̄ turba gregē Dñicū) arma cōtraxit quāta potuit in Saxoniam, & apud summū pōtificē pēgit: ut qm̄ rēs Asie frigebant, cessauitq̄ pro magna parte in eā peregrinatio. Celestin⁹ summ⁹ pontifex remissionē peccatorū in Liuoniā pugnātibus cōuertit: Vnde exciti multi utriusq̄ ordinis uiri, & ecclesiastici, & seculares, in sanctā se militiā cū Bertoldo episcopo protin⁹ accinxerūt. Prouecti nauigijs in terrā, opposuere aciē ueniētib⁹ ex aduerso rebellib⁹ fidei hostib⁹: Vbi iam ad cōflictum uentū erat, epūs ferociori q̄ regere posset iumento deuect⁹, ferū inuit⁹ in medios hostes, ibiq̄ cōfodit anno octauo & nonagesimo post centū & mille.      XIII.

Lbertus illi Bremēsis surrogatur canonicus, uir ingenio acer, & ad omnē pro Christo labore impiger: etate iuuenis, manu & animo que prōptus: Is apostolica fret⁹ indulgētia in omni maritima Saxoniam atq̄ Wādaliam, crucē & ipse predicauit, & per alios fecit predicari: & per annos triginta indefessus laborās, per brumā uersat⁹ in Germaniē littore, collegit militaturos, q̄s primo uere dum mare peruum esset nauigās, trāsportauit in terrā, estatē totā pugnantes in hostes: Autumno quidā rediere: quidā etiā per brumā substitere: Redibat ille iterū atq̄ iterum, deuehēs ac reuehēs milites multa perægit in ea terra ad Christi laudem. Hic est qui Rigā urbē primus mūris sep̄lit & cōmuniuit: Aliq̄ pontifices in eā terrā & duces in eā secum uexit militiā, milites sine numero, ciues ac mercatores, in hoc negocio militātes pro Christo. Multi cēsi terrā suo sanguine sunt mercati: Sepe per pulit hostes crucis Christi obsides dare, pacis subire cōditiones: Deniq̄ effruescēte multor̄ deuotione, nouū inter se ordinē Crucegladiatori⁹ fratiū erigere deliberauerūt, spe cōfirmationis apostolice sequutur. Erāt ei⁹ p̄fessionis duo post inuicē magistri: Inde tamē cum in Prussiā peruenissent fratres ordinis Theutonicorū, implorati uenerūt in Liuoniā, & statim absorbuit ille Gladiocruciatori⁹ ordinē, & trāsierūt uolentes in professionē ordinis beatæ Mariæ Theutonicorū: qui usq̄ hodie tenēt terrā illā. Sed statim ab initio de dominio terre exortū est certamē inter episcopos & fratres memoratos: qd durauit ab illo principio in nostra tēpora, duraturū in finē: cum ordo non cōtent⁹ terra parte p̄diorū, quæ illi initio permissa est ab episcopis, iam pene duas occupauit, ecclesia uix tertiā retinēte, de qua etiā nūc non satis quiescunt: Plura tñ preclara facinora fæcere in gentē uiri fortes. Accessit rex quoq̄ Danië Estoniā a mari impugnās, firmans urbē hodie preclarā Reualiam;

LIBRI VII. SAX. CA. XIII. ET XV.

que in testimoniu[m] primæ cōuerisionis ab regib[us] Danor[um] episcopatu[m] seruat  
Metropolitano in Dania subiectu[m]. Res autē in ea terra gestas, nec profes-  
sio nostra continet, & alibi quidē suis in annalib[us] tenent Liuones: In pro-  
sequitione tñ, ubi opus euenerit, interserem⁹. Ordinis aut̄ Theutonicor[um]  
primordia, & in Wādalia dixim⁹, & quod deesse uidebitur, infra ad tem-  
pora Friderici II, qñ ille meruit ordo apostolicā cōfirmationē differem⁹;  
nunc hoc solū cōmemorare contēti, q̄ Liuonia cōuerisionis suę authores  
lingua testatur fuisse Saxones: Illi enim nūc habitāt: Illi ordinē fouēt: Illi  
tenent urbes & rusticū populu[m] in extrema seruitute: quod dura eius cer-  
vix fertur depositere, gubernat.

CA. XV.

Tto eius nominis, IIII, Henrici Leonis fili⁹, annitente Adolpho  
Coloniēsi archiepiscopo, & fratre Ottonis Hērico comite Reni  
Palatino, rex Romanor[um] creat, aduersus Philippū Hērici fratrem,  
Friderici filium Imperatoris, quē papa nō amabat. Agebatur in Pā  
ctauia, bellis pro rege Anglo[rum] auūculo suo implicit⁹: Qui ubi audivit ne  
potis prouectionē, magnis missis thesauris annitit honorē illius attollere.  
Mittitur obuiā Ottoni solēnes nūcij, qui deduceret eūtem usq[ue] Coloniā.  
Prima in Aquisgranū noui regis expeditio, q̄ illuc esset coronādus, & ci-  
ues Imperatori mortuo seruiētes, ante principū concordia portas tenuere  
clausas: Sciebat enim alios aliud sentire: Sed multis inibi factis laboribus  
& impensis, ad summā, ut ferūt, octuaginta milliū, ciuitatē obtinuit: Ibiq[ue]  
per Adolphū Coloniēsem archiepiscopū est cōsecrerat⁹. Et ut ea electio est  
insinuata summo pōtifici, eam pron⁹ cōfirmauit, magis in Ottone q̄ Phili-  
ppum inclinās: quod declarat decretalis Venerabilē, de elec. Philippus  
tñ a maiore principū numero surrogatur Hērico fratri, patricij Friderico:  
Nam & Imperialia insignia in manu eius fuere. Tenebat aut̄ robur Impe-  
riū maximū per Saxoniā, Sueviā, Bauariā: cū c̄ta pene præsidia in potestate  
illius erant: Ottoni sola Colonia cum quadā Westphalię & Saxonię par-  
te patebat. Philippus aut̄ cōgregato magno principū & pōtificum cōetu  
in Moguntiā, ibi cōsecreatur per dñm Tarentinū, cōniuente capitulo ma-  
ioris ecclesie: Nā Conradus Mogūtinus archiepūs adhuc aberat in pere-  
grinatione terre sancte. Ibi regina Imperatoris Cōstātinopolitani filia, pri-  
dem Tāredi filio despōsata, iungit Philippo, regio diademate non coro-  
nata, sed circulata processit: Id autē quale sit nouerint aulicī: ego quod in  
annalibus lego fideliter expono. Ibi duci Bohemie regia dignitas primū  
accessit. Coactis ergo uiribus Philipp⁹ per Renū copias deduxit, mouēs  
in Ottone: Secularis quidē potētia cum Philippo uidebat, sed ecclesia Ro-  
mana stabat pro Ottone: Nam nulli archiepiscopo palliū dabat pontifex  
nisi Ottoni inhereret. Fuere tñ qui se clam illi subduceret, & Philippo in-  
clinarent: alij etiā aperte rebellionē ostenderūt. Ita tumultuatū est per uni-  
uersum regnū. Sed cū deduceret Philipp⁹ copias suas cis Renū, ad Mo-  
sellā ei occurrit Otto, & trajectū illi prohibēs cōflictabat uiriliter: Ceci-  
dere utrincq[ue] multi, sed ex Bohemis plurimi: Præualuerūt Ottoniani, &  
transitū interclusere; Frustratus ea uice Philippus, petētē regē Bohemiae

LIBRI VII. SAX. CA. XV. ET XVI.

in sua dimisit. Cōradus interea Moguntin⁹ de Antiochia reuersus morte  
obijt: & facta est diuisio in electione. Nam qui Philippo studebant Lip-  
poldum quendā elegerūt, prædījs, & arcibus, & cū c̄tis regalibus in manu  
eius traditis: Qui aut̄ paruerūt ecclesię, Sifridū a summo p̄tifice cōfirma-  
tum prætulerūt. Per quæ etiā tempora mortuo Ludolpho archiepiscopo  
Magdeburgensi, Albertus maior ecclesię prepositus surrogatur: Is sedem  
apostolicam petens, q̄ emulos pateretur, cōfirmationē suā ipse peregit, re-  
gicę Ottoni subscriptis.

Berat tum rex Otto Saxonię, cum Philipp⁹ omnib⁹ viribus con-  
tenderet in Brūswicū, urbēc⁹ arta cinxit obsidione. Hēricus autē  
frater, qui in urbe fuit, fortiter eā defendit: sed tñ obsidētes adeo  
urgebāt inclusos, ut intenti oppugnationi, quā ad austrū Phillip⁹ fa-  
bat, minus alia loca tuerētur: Vnde factū est, ut circa sanctū Egidiū ho-  
murū trāsgressi, iam pontē occuparēt: Sed cōglobati ciues, iaculis la-  
iuere, ut repellerent. Interim latrūculi monasteriū diripuere, sed sacra-  
celusi non inuenerūt: Cōradus tñ cācellari⁹ Herbipolēsis epūs, uim fi-  
cclesijs prohibebat: Sed in longū tracta obsidio, magis obsidentes q̄  
essos fame affixit. Nam qui foris Ottōnī militauere, itinera seruantes,  
aduehi pmiserūt: Vina cereuiliāc⁹ fluere cerneret, uasis per incursan-  
tis fractis. Itac⁹ qualicūc⁹ tum p̄tēsa specie, Phillipus reduxit exerci-  
tum, sine magno, uel honore, uel emolumēto, Q̄ sancte colunt ciues in ea  
e sanctū Authorē Treuerensem quondā archiepūm: quem Gertrudis  
erti nouissimi Saxonię marchionis soror, cum monasteriū instrueret  
tis uix precib⁹ a Treuerēsib⁹ impetravit, Ibiq̄ precioso sarcophago cū  
beis martyribus collocauit: Hic pōtifex Treuerim ab Hunis sua etā-  
um uiueret, tutatus, suis precib⁹ apud Deū, credīt urbem in qua nūc  
iescit magnis meritis nūc quoq̄ tueri: Vnde in cōsuetudinē deduxer-  
et q̄ties urbs illa hostili timore perurget, circūferre reliquias, hymnis,  
sonibus, ieunijs, & eleemosynis, eius suffragia depositentes: Comper-  
q̄ est, & multis uicib⁹ cōprobatur, non illū frustra implorari: qui sem-  
nuocatus assit meritis tutat⁹ cultores. In hac uero oppugnatione, ui-  
st sacra ueste in mōenibus gladium uibrare nudatū: idq̄ ab hostibus  
aduesum, Philippo ferūt perlatū: cum illi diceretur, frustra urbē op-  
ari, quā superi tuerent̄: Ipsū uero regem miraculo cōterritum sol-  
obsidionē. Facta est deinde partib⁹ Ottōnis quedā accessio per hūc  
ū: Odoacer rex Bohemiæ legitima coniuge repudiata aliā duxit ex-  
aria: Qua de re in irā uersus Otto Misnēlis marchio, frater repudia-  
dux Saxonię Bernhardus, Philippo cōiūctissimi, effacerūt, ut Odo  
adultero regnū ademptū tradere Theobaldo puero Theobaldi si-  
ui literas Magdeburgi p̄sequere. Tulit eā rem indignissime rex, &  
hāno Turingię Lādgrauio foederat⁹, in Philippū pariter uersi, ad Ot-  
trāsierūt, a quo Northusen, & Molhusen idē Hermān⁹ in beneficiū  
uit, & pmāsere ex illo die cū pruinciali comite Turingię urbes memo-  
n hodiernū, Phillipus aut̄ armis usus sui Lippoldi Mogūtini apud

V. ET  
LIBRI VII. SAX. CA. XVI. ET XVII.

Erpesphordiā (sic em̄ inscribit̄ in annalib⁹, quis Erphordiā dicim⁹) copias collocauit: indeq; Turingiā omnē late populaſt. Bohemii in diuersa parte militates, crudele genus hominū, sancta ac prophana in equo constituūt, nihil regiosum etiā tum habētes: Aetate n̄ra exuberāte, omnē ferociā per schismata, que ſouēt, ostendūt. Erat tum q̄c̄ aliud genus hominū eque in armis formidatū (Valuos dixere) Vnde aut̄ fuerit non satis explicat. Misera Turingia inter manus lacerat, & hostiū & amicor̄. Quod reliquū fe cere milites Philippi, id Bohemii eos inſequētes ad imū eradūt. Sedecim uiror̄ ac mulierū monasteria igni ferroc̄ subruūt: abaſta preda, nobiles Christi ſpōſas ſacras uirgines, equor̄ faleris tractas alligarūt, Iudibri- oq; habuerunt, corpora cōtaminātes, animas polluere haud poterant; Singularē gen⁹ martyrij: Sacris uestib⁹ Iudibrio ſunt abuſi: pro camiſia albā, pro cingulo ſtolā, pro chlamide casulā in expeditione geſtauere: Altaris pallas equis pro uelamēto induere. Rex interim Otto reuersus in ſua, nō dum dimiſſo exercitu edificauit arcē munitissimā Herlinberg: unde Goslarienes, qui illi aduersa ſenſere, nimis ſunt afflicti, ita ut multis de ciuitate fugiētib⁹, pro magna parte deſerta habereſt. In oriēte quidē arcē nouam, ad occidiū uero Lichtēberg habēs, interclusos ſenſit omnes ad ſe aditus: indeq; qđ necesse fuit, inedia laborabat: Sed tñ Hermān⁹ Hartesburgi co mes pro Philippo ſentīes, arcē Lichtēberg armis cepit, ſoluitq; famē ciuitatis, rebus inuectis.

CA. XVII.

Hilippus rex in Ottone undiq; uires cōparās ducere iterū cōſti tuit in Brūſwicū: Hoc ſciēs Otto copias & ille cōſcripsit in Saxonia, & educēs iuxta Goslariā, uenientē cōſtituit excipere Philip- pum: erat in caſtris fratris Hēric⁹ Palatin⁹ Reni cum magnis copijs, quas de Stadio, deq; Oldēborg, & finitimiſ locis cōtraxerat. Philippus rex iā dudum Hērico minaſt, ni relicto Ottone ſe ſequat̄, Palatini dignitatē ſe in aliū collaturū: non diuti⁹ paſſurū, ut ſuis ab illo uirib⁹ oppugneſt. Mouit Hēricū tantē rei cōminata iactura: Itaq; fratre Ottone in caſtris cōpellās, Ego, inquit, mi germane iādudū tibi cum magna rerū mearū, ut noſſe te credo, militai iactura: audis que hostis miniteſt: rere mearū ſummū diſcri men imminet: Itaq; niſi me aliqua parte paternę diſtioṇis ſuſtuleris, nō uideo quib⁹ modis & ſumpt⁹ pferā in exercitu, & cōminata diſcrimina euadam: Parū eſt qđ ex te uolo: ut qm̄ uniuersum Imperiū iam prope tibi parēt, exiſtuerit, ſi cum Brūſwico urbe arcē mihi liqueris Lichtēberg, in re liquū tibi fideliter, & ut ſemp ex animo militaturo. Rex Otto excepit hiſ uerbis: Sine frater, ne res diſſiciles in turbā uoces: cernis quibus implicer laborib⁹ ac diſſicultatib⁹: fauerit Deus, & propicia fortuna, non hoc ſolū qđ nūc poſcis, ſed feres ex me multo grādiora, modo qđ inſtat agam⁹: hoſtis adeſt, iūctis armis occurram⁹, uiuctores æqui⁹ iſta partiemur. Hēric⁹ iā animo auersus a fratre, niſi qđ poſceret illico pmitteret, ex fratre hoſtē ex pectaret. Nō potuit ea cōminatio fleſtere regē: Hēric⁹ cū copijs ſuis, muſtis collachrymātib⁹, ad Philippū trāſiuit. Rex Otto, ubi auctas hostiū co pias, ſuas uidit imminutas, reduxit exercitū Brūſwicū, preſtolari cōſtituēſ

ibi hostiū aduentū. Interim uero Goslariēses multa a Brūswickeſib⁹ in cōmoda p̄tulere: Capiunt mercatores: subuertūtur argētarie caselle: Sed & de arce Lichtēberg nō paucas fecere excursiones milites Philippi. Ab erat iā rex Otto, & Gūcelin⁹ dapifer, cū dñi sui absentis partes cuperet ad iuuare, coactis quātas copias potuit, Lichtēberg arcē obſedit: Sed cū fruſtra eſſet oppugnatio, nemine hoc proſpiciēt, exercitū uertit in Goslariā. Ea suis ſifa munitionib⁹, min⁹ uigilabat: Vnde factū eſt, ut repento hoſtium incursu capereſt: Qui inerāt milites, aliq̄diu restitere. Sed ubi ſuperiores eſſent hoſtiū vires, fuga ſibi cōſuluerūt: Direpta ciuitas miſere: exportata preda uehiculis: uix diebus octo undecūq; cōtractis euectionib⁹ poterat exportari: ciues in captiuitatē p̄trahūt. Alij igne urbē cōcremare, alijs tēpla ſubuertere, & ornamētis ſpoliare cōſtituūt: Sed meliore cōſilio ciues dedere obſides: ſeruatac⁹ eſt urbs aduētui regis. Ille rediens, illis collaudatis, uictoriā gratificauit, de eo quod fortiter fæcerāt: ciues restituit, ac multā preda iuſſit reuehi: Ea in reliquum urbe uſus fidissima. Parabat interea Philippus ſecundā in Turingiā expeditionem: & obſefſo opido Wizzense in umbilico terre, Hermannū coartauit. Ille respexit ad Odoa rem regē Bohemie: qui ueniēs cum copijs in Turingiā, cum audiret uires Philippi, non ausus cōferre manū, de reditu cogitauit. Sermonē conculit cum Ottone de Landesberg marchione: ut ei⁹ interuētu in gratiam Philippi rediret: Non abnuit ille: Sed cū in ea expectatione res eſſet, Bohemus ſublatis signis redijt in terrā ſuā. Hermān⁹ relictū ſe cernens a rege foederato, in gratiā Philippi ſe per amicos retulit: ueniēſq; in cōſpectū, ſe proiecit ad pedes, orans. Rex exprobrata illi perfidia, diu paſſus eſt iace re ſupinū: Cum a circūſtantib⁹ rogarēt, leuabat, & in oſculū admisit. Rex aut̄ Bohemie ita ab emulo, quē ei Philipp⁹ obiēcit extenuat⁹ eſt: ut uix illi dimidiā regni reliquerit.

## CA. XVIII.

Vm ea in cōcertatione regū pro ſumma Romani Impij gererent  
**d** non defuerunt Nodalbingiæ noſtræ labores. Nam dum Otto Brādenburgēſis marchio quasdā Wandaliæ regi Danorū ſiecte partes inuaderet, quod in Dania & Wādalia ſcripſim⁹, Adolphus Hollatię comes, Ottonis quoad poterat partes adiuuabat: que res regem Danię Kanutū in comitē uehemēter exasperabat. Erat tum ann⁹ primus post milleducētos, cum rex in Adolphum duceret: Nec impiger ille, ad Eydorā fluuiū, collectis armis, regē demorāt: Aderāt illi auxiliares: Otto marchio de Brandēburgo, Hartwic⁹ Bremensis archiepiscop⁹, Symon de Tekeneborg, Bernhardus de Welpe, Maurici⁹ de Oldenborg comites: Hos copioſe cōmeatib⁹ abundeq; aluit, multis mirantib⁹, unde tantis ſufſiceret exercitib⁹: Dirēmit Eydora diuersos hinc atq; inde exercitus, nec alter ad alterū transibat. Prior rex ubi uidit copias hostiles tam multipli- ces, ſciēs neq; diu, neq; crebri⁹ tantū cōflari poſſe exercitū, ſuū agmē reduxit. Quo tēpore, comes cœpit ueterē Reynoldesborg arcē renouare, quæ porta terrae ſue eſſet in Danos, & uicissim in ſe Danor̄: Sed uix illā bene cōmunierat, cum rex uere primo, ingēti rursus agmine adeſt. Comes aut̄

LIBRI VII. SAX. CA. XVIII. ET XVIII.

cum suis uiribus impar esset, nec tempus cōtrahendarū aliū de uiriū daret quibus potuit pacis cōditionibus tum se redemit; arcē dictam ut erat regi consignauit: & perinde pacē est mercat⁹. Rex acceptā, quātis potuit munitionibus firmauit, iam clauem tenens in Nordalbingiā, quoties ingredi uoluit: Sed alio interim uersus Adolph⁹ cum equiuoco suo Adolpho de Dasle, arcem Louenborg coepit obsidere: edificato in aduersum presidio Haddēberge: ut fame expugnarēt, quā armis & uirib⁹ nō poterāt: Nam aquis usus fluminis Albis, naues ex Hāburgo submisit: que & machinas oppugnantibus, & cōmeatus importarēt, hostib⁹ ear⁹ rerū cōmoditatē adimerent: Henricus Palatinus Reni Ottone fratre iam maioribus bellis implicito, tutari arcē cupiebat, nec poterat. Cœperūt obſessi de deditione uerba facere: Misere tñ clanculo ad regē Danorū, illi arcē offerentes: Ille Rodolphū misit quēdam ex Holsatis, qui ad se cōfugerat, uiriū armis uali dum: qui regis nomine acciperet, polliceturq; regē de proximo uenturū: Sed priusq; ille regis mādata pferret, cepere obſidentes: Que res regē acrius in Adolphū inflāmauit. Inde comes accepta arce, in gratiā tamē Palatini puenit, solutis illi septingētis marchis, & inuestiuit eū Palatin⁹ de patrī monio suo, quod ad Albim habuit: Gāme uocāt usq; in hodiernū diem. Quo tēpore facta est illa Wandalor⁹ in comitē de Dasle expeditio, in qua Niclotus princeps ipse occubuit, quā in Wādalia exposuimus: Inde repeatur a uolentibus intelligere.

CA. XVIII.

Ccessit illo quoq; tēpore alia regis Daniæ in Adolphū indignatio: q; ille Thietmarsiā que sāpe mutauit dños, tum uero Danis per Waldemarū, ut diximus, epūm Sleswickēsem paruit, intravit, & euastauit. Quo etiā tempore, non satis oportune propter maliciam dierum idem Adolph⁹ in suos Holsatos uersus, eos ere mulctauit, nōnullos terra expulit, semina renouās ueteris iniamicīcē, q; Henrici Leonis tempore comitē deseruissent: Pulsū ad regē Daniæ se cōtulerūt: inflāmarūtq; iam ardētē, ut comitē insequeret. Habuere hi quoq; in Holsatia, qui amicorum iniuriā taciti dolorent, ultionem meditati, si qñ se fortuna aperiret. Hoc in rer⁹ statu Waldemar⁹ Sleswici dux, qui Holsatos ad regē & se cōfugientes, in agmine duceret, mouit in Holsatiā. Adolph⁹ impiger occurrit uenienti: sed par esse non potuit hosti: q; Holsati, qui cum eo stare videbantur, non satis fidī putaren̄ futuri, suor⁹ iniuriā questi. Cōflixere in loco quē Stilno w uocāt prope Itzeho, & supra est per partiū miliare in ditione fratru in Bardesholm. Sed tum comes cedens, fuga se cōtulit in Hāburgum: Progressus dux Itzeho obtinuit: Zegeberge, ac Trāuemūde iussit ab alijs suis copijs obſideri: Arx Plonēsis quā magno fuit partibus comitis præsidio, capta est a ducalibus Danis, Rursus dux ipse renouato exercitu Hāburgū cōtendit: eāq; tum urbē, cum immunita esset, facile cæpit. Comes Albim trāsierat: Nam Stadiū tum tenebat. Hāburgēles aut̄, cum armis certare aduersus uim regni Danicī non preualerēt, honore cerafant: Clerus & populus obuiā progressi, cū quāta poterāt ueneratione, excepere ducē ueniētem. Sequēti die castra mouēs uenit Bergerdorpe; &

deinde proxima die mouit in Loueborg. Comes q̄q̄ de Dasle, non ausus expectare ducē, fugit ultra Albim: Arcē Louenborg, quā comitis Adolphī custodes tenuere dux obsedit, Renouato præsidio in aduersum Hadenberg: Wittēborg, & Godebuch præsidiorē p̄fecti duci se submiserunt: Ceteri nobiles obuiā profecti in Raceburgū: Fortunā sequut⁹ ducē Waldemar⁹ ipse: Lubicā eodē uictoriæ cursu cōtendit. Et qm̄ ciues iam dudum in Scania p̄scātes, rex propter comitē Adolphū illi aduersantem, cui tum Lubica paruit, in manu tenere uidebatur, ciues non ausi se regi opponere: ne omnino primū captiui in Dania ciues, postea etiā ipsi sub irato deperirent, duci portas non ausi claudere, uenientē cum honore suscipiūt: Omniū ille urbiū, quas, uel ui, uel deditione ceperat, accēptis obsidibus, cum Zegeberge per Timonē Holsatū, & Trauemūde per eiusdē fratrem iussisset obsideri: cōsignatis cuiq̄ pro necessitate armis & cōmeatib⁹, Scaconem aliū ex Holsatis, comitē Thietmarsi declarauit, & fratrē eius Wigdagum Plone p̄fæcit: Rodolphū in Hamburgo constituit rectore atq̄ custodem: ut qui propter se pridē exulassent, per eundem se nunc in locis comitis dominarentur.

## CA. XX.

Dolph⁹ comes iam iterū Holsatia exclusus atq̄ pulsus de Stadio a ubi cōsedit, meditāt expeditione parata sua paulatim recuperare:

Et qm̄ opidū Hāburgū & in cōspectu erat, & fidum sibi comes prospexit, eo primū cōtendit: ut expulso ducis præsidio, urbē pro se recipere: Facile aut̄ fuit uolentes capere & superare. Iam pulso Rodolpho tenebat, & animos illi faciebāt nōnulli suorē remanētes in Holsatia, qui fidem illi asseruasse, & in reliquū asseruaturi uiderent. Cūq̄ arces Zegeberge, Loueborg, Trauemūde, per suos teneret, plenus fiducia Hamburgū pro tempore cōmunire. Waldemar⁹ aut̄ dux ista persentiēs, media iā ferme bruma, quod acciderat, futurū prospiciēs, copias cōtraxit, duxitq̄ in Hamburgū: Cōuenere Gūcelin⁹, Burewin⁹, Thietmarsi, omnes in castræ ducis: Comes autē a spem faciētibus suis delusus, q̄ ante Christi Natalia, quę Dani comessationib⁹ celebrant plurimis, dux minime properaret ad obsidēndū: cū iam nihil formidaret, audiuit omnes uicinę prouincię uires in se comoueri. Glacies quę Albi necdū cōsistens innatabat, fugā interclusit comitis: A terra nullus erat exitus: undiq̄ cōclusus erat; hinc flumine per glaciē crustato: inde exercitu a terris ualido: inter suos agebat cōsiliū, si forte nocturna tentaret eruptio: Sed quo perfugeret qui nusq̄ fidū aliqd p̄sentiret: Qui in castris ducis erāt, non usq̄ quacq̄ comititi aduersati, rem pro eo tractātes, in eas cōditiones cōiecerūt: ut comes redditā duci arce Loueborg, ipse cum suis liber abiret. In eam rem pficiendā Guncelinus Zwerini comes deputat̄: Eius fidei se permittēs comes exibat, profecturus cum eo, ut arcē memoratā traderēt custodes, qui pro Adolphō tenuerunt, & comes liber abiret. Thietmarsi, ubi sensere comitē in castris, tumultuantes uolebāt opprimere eū, q̄ infestus terre illorē sape fuisset: Vix potuit uiribus Gūcelini & cæterorē quos saluti ei⁹ cōseruandē dux prouiderat, incolumis asseruari. Profecti una in Louenborg ad implendas pa-

LIBRI VII. SAX. CA. XX. ET XXI.

Etas cōditiones, ostenderūt custodib⁹ uinctū dñm suū. Jubētur ab Adolpho arcē tradere, negāt: rogātur, obsecrant, cōtemnunt. Itaq⁹ cū nihil ibi ageret, comes uinctus per terrā suā trahiāt in Daniā: Insultauere Dani qui odibant: Gemuere sortē fortissimi uiri, qui sine odio iudicabāt. Igīt in uincula cōiectus, aliqđiu seruat in carcere cum Waldemaro Sleswickcēle epi scopo, belli qñcq⁹ socio ac cōsorte. Interea rex Kanut⁹ cum fratre loquit⁹ Lubicā intrauit, urbē nouā, sed florescentē: Germanā ambor⁹ Helenā coniugio sociauere Wilhelmo Leonis filio, germano Ottonis atq⁹ Hērici, ex quo solo stirps Leonini generis in hodiernū pseuerat. Lætati sunt Hollati Stormarijç, sperātcs qđ in dotē ille acciperet terrā Adolphi; ut non cogātur subesse diutius Danis: Sed spes eor⁹ frustrata est. Ambor⁹ tñ ille sororius, magnis sēpe honoribus ab illis afficit, magna spe fouetur. **XXI.**

Nterim rex Lubicā inuisit urbē, quam magni fæcit, honorifice a populo & clero excipiāt: Veniēti offerunt qui custodiere p̄fidiū

Trauemūde: quod regē ingenti affæcit lēticia. Prouinciales aut̄ omnes eo cōfluentes regē salutauere, sacramēta pro tēpore prestantes: Ille progressus usq⁹ in opidum Molne, acceptis obsidibus redit in regnū suū: Dux obsidionem firmat aduersus arcem Louenborg: Inde uero in Zegeberg quoq⁹ obsidio ducitur in longum: Obsessi sēpe per inuia dilapsi cibos intulerunt: Quod ubi dux auertit, simata ubiq⁹ obsidio, fame cœpit pertentare obsessos: Extrema passi se cōtinuere. Sepe farinę in modū calorem proiecerūt, ut uictualib⁹ abūdare crederētur: Ad extremū, ubi nulla spes supererat, & fames inualuerat, pacisci libertatē, & rerū suar⁹ integrām possessionē, duciq⁹ arcē cōsignare deliberauerūt: Anno secūdo post mille ducentos uix in animū hoc induxere. Priusq⁹ p̄ficerēt, nūciū dux Waldemarus accepit de morte fratris Danor⁹ regis, & cōtendens mox in regnū ut coronā promeruit, benedictione episcopali de more cōsecrat⁹: & redibat iam rex anno p̄ximo, uere primo: & adunatis undicq⁹ uirib⁹, cum iam omnia citra Albim essent in manu ei⁹, preter arcē Louēborg, indignū reputabat, si ea sola uirib⁹ regni & toti⁹ obsisteret, puincię. Itaq⁹ totis oppugnatū conatib⁹: Maching, catapultę, balistę, omnīū generę tormēta adhibentur, nec data quies oppugnationi. Sed p̄tinaciter repugnabāt qui tenue, infracti uiribus, incōcussi minis. Ad extremū tñ comitis dñi sui cōmiseratione colloquiū poposcere: Spondēt deditiōnē facere, si comes laxatur: Pōtifices qui aderāt interposuere fidē, si arcē dederēt, & comes de seruāda pace obsides daret, liberū fore. Igīt reb⁹ eo p̄ductis dedit Adolph⁹ obsides duos ex liberis suis, & filiū cognati sui Adolphi de Dasle, & filiū Hērici comitis de Dānenberge: insuper octo pueros ministerialiū suorum & iureiurādo utrincq⁹ prestito firmatū est, ut obsides post annos decē liberi essent. Si tñ rex aut comes infra illos annos decederet, non minus laxarentur. In has cōditiones arx regi tradit⁹. Comes laxatus uinculis redit in Scowēborg, nusq⁹ his terris redditus. Interea cōcaptiū ei⁹ Waldemarus epūs in uinculis pdurabat: Sed pietate dñi Andree archiepiscopi & alior⁹ qui pro ipso mouebant, a captiuitate hoc pacto eximit: Quia regiū, ut dis-

ximus sanguinē trahebat, magni patrimonij heres, & cōtra regē pridem se erexit, suspecta ei<sup>9</sup> relaxatio multis ducebat: Vnde misso ad hoc nuncio per sedē apostolicā, ita decernit: ut nunq̄ in ea prouincia cōsisteret, in qua regi suspectus esse posset ad rebellionē: & hoc sacramēto prestito ab ipso firmabatur. Rex laxatū misit ad summū pontificē, ut apud ipsum cōsistēret, donec apostolica illi prouisio fieret de ecclesia oportuna: Laxat<sup>9</sup> tñ & a pontifice dīmissus, aut clā abcedēs, maturauit, ut ad regē Philippū p̄ueniret: ubi suā iniuriā quest<sup>9</sup>, expectauit adiutoriū regis, & vindictā in hostes: Sed hoc posteaq̄ elect<sup>9</sup> in sedē Bremēsem apud sedē apostolicā, cōfirmationem non impetravit: quod dixim<sup>9</sup> in Metropoli. XXII.

Er hēc tēpora cum omnis Holsatia in manib<sup>9</sup> esset Danor<sup>9</sup>, ipsiq<sup>9</sup>  
p aut iugū ferrēt patiēter, non dico libēter, aut gemerēt impatiēter magna pars nobilitatis, quę libertatē amplexa alienum detrecta-  
bat imperiū, in palustribus Wilstrie delituit, utcunq<sup>9</sup> oportunitatem pre-  
stolata meliorū tēporū: Adolph<sup>9</sup> aut̄ impatiēs tātar<sup>9</sup> uarietatū, presertim  
q̄ obsides dedisset filios, nihil se in terra Holsatię nouaturum conqueuit.  
Sed ferūt annales, nobilē dñam de Deest: nec tñ adjiciūt cui<sup>9</sup> fuerit origi-  
nis, an baronū, an comitū: Sed in arce quæ tū fuerat Kellingdorpe mora-  
ta, hoc sibi nomē habebat, ut Deestz de Kellingdorpe diceref: Cōpertū  
tenem<sup>9</sup> nobilē extitisse eo nomine in Westphalia familiā, unde potuit ori-  
ginē ea mulier traducere: Alberto forsan Nordalbingię, aut cuidā ex ma-  
ioribus terre denupta: Res in obscuro manēs locū facit cōiecturę. Ea fœ-  
mina, cum terra magno Danor<sup>9</sup> iugo premeret, delitescerentq<sup>9</sup> Holsati iu-  
gum refugiētes, accessisse fert<sup>9</sup> Adolphū olim Holsatię, tum Scowēborg  
comitē: eumq<sup>9</sup> obsecrassę mulier grātiosa & facūda, ut qñ ipsi nec liberet  
nec liceret oppugnare Holsatiā, uel unū ex adulescētiorib<sup>9</sup> filijs permitte-  
ret, qui terrā patrū suor<sup>9</sup> presens gubernaret: esse nō paruā Holsatorū ma-  
num, qui accepto capite, pro libertate decertarēt. Comes multa pretēde-  
rat quę illū auerterent: regis potentiā, obsidū suor<sup>9</sup> pnicē, & iuratę fidei  
religionē. Mulier precādo non fatigata, cum ad omnia prompte respōde-  
ret, nihil formidandā regis potētiā Holsator<sup>9</sup> libertati cōparatā: Eos esse  
animos, eā fortunā, ut accepto dño tolerarēt omnia: Obsides tuto fore lo-  
co, priusq<sup>9</sup> aliquid incipiāt: Illū nihil acturū, ad omnia quieturū: Filij auspi-  
cij rem omnē expediendā, quod nihil officeret religioni iurisiurādi. Fle-  
xus mulieris infatigabili instātia: filiū illi adulescētore pmittit Adolphū.  
Hic est ei<sup>9</sup> nominis in Holsatia quart<sup>9</sup>, prima adulescētia deuect<sup>9</sup> in palu-  
stria Wilstrie, Holsati proceres hui<sup>9</sup> rei cōscij, prefēctū regis Danie circū-  
sistunt, iura sua illis pmitti depositū: Sic expromissum a duce iā rege, cum  
arcē Zegeberge traderēt. Ille rejicit cum indignatioue precātes: Illi ptina  
citer instāt, iura sua reposcētes: nam Danicis legib<sup>9</sup> parere se nec posse nec  
uelle, lubet ille ostēdi ius, si qđ suū habeāt: & cōuiciū adiiciens: Canē, in-  
quit, introducā qui ius uobis delatret. Ita tum iubet conquiescere: Eāt de  
suo iure interloquātur: se ignorare quę sint eor<sup>9</sup> iura: Danor<sup>9</sup> se legib<sup>9</sup> de  
libro notissimo iusticiā cuiq<sup>9</sup> mōstraturū; si min<sup>9</sup> nūc ostendere poterunt

LIBRI VII. SAX. CA. XXII. ET XXIII.

sua iura, altera uice redeentes, cū deliberatores fuerint, tum exponant. Et quidē illa uice cōquieuere, nihil graui intentātes. Sed ad cōstitutū diem iā instructiores redeūt: iterū ius suū restitui magnis clamorib⁹ deposcūt. Prefect⁹ Waldemari regis declarati & ostendi iubet quale sit qđ poscūt: quo libro scriptū: quo ordine defensum? Tū un⁹ ceteris fidentior educto gladio: Ecce inquit ius nostrū qđ gladio tueri suscepim⁹. Ille cernēs nūcis antis fiduciā, murmurac⁹ circūstantiū non cōtemnens, manifestā uidit res bellionē: & paulatim se ab illis retrahēs, in tutiora recepit: Sed illi insequeuti, cedentē occupauere, ac gladijs cōfoderūt. Tum uero munitiones, quib⁹ se cōtinere ab Danor̃ ira cogitabāt ingruente bello, magis ac magis firmauerunt. Opidū Itzeho ducto ingēti fossato cōmuniere: In qđ cū regij prefecti exercitū ductassent, nouo iacto aggere, ac pōte facto cū instaret expugnationi, ferūt excreuisse Storā fluuiū per diē bis in eandē altitudinē ut ponte deiecto ciues tueret, Danis exclusis: Dies erat proxima natę uirginis Marię: Visa est sublimi supra opidū diuæ Virginis imago, quā sancte qui uiderūt uenerati, ex illo die religiosissime coluerunt. Perseuerat in hodiernū memorādē rei memoria, appellatq; hodie ciuiū dies. Exinde uero nihil magnū per aliqt annos gestū legit, huius adulescētis comitis pri meo tēpore: Nā Albertū quēdā Holsatię comitē, p̃xima tēpora mōstra bāt: qui unde sit ortus, in annalib⁹ mira taciturnitas: Sed a nobis suo tēpore ostendet, quis, & unde fuerit: Mira scriptor̃, uel simplicitas, uel negligētia: Comitē ferūt Holsatię: sed uti Melchisedech, sine patre, sine matre, pueriliter introducūt: nos originē pādemus: lā hoc cōmonuisse sufficiat. Hoc tēpore rogatu nobilis dñs, missum in p̃uinciā adulescentē Adolphū qui per gradus quos infra memorabit⁹, excreuit in uirū maximū, & fortitudine, & religione singularem.

CA XXIII.

Nterim uero Philipp⁹ & Otto reges mutuis se uiribus attriuere  
 i sepe cōcurrētes, & qđq; impar uirib⁹ Otto uideref, exitu tñ praelij par sepe est inuētus, aliqt uulnerib⁹ exceptis: qđ ipse manu promptus se se pugnātib⁹ immiseret. Wilhelm⁹ comes Iuliaci, cum partes Ottonis diu fouisset, auersus, coepit literis agere apud Philippum, si gratiam aliquā apud ipsum iniret, nosse se uiā, qua Coloniēsem archiepūm, qui maxime Ottonē tueret, & nōnullos alios prīncipes, Ottonis lateri detraheret. Cōstituit ea de re a Philippo locus ad colloquiū: Cōuenit inter eos, ut si quod polliceret efficeret, acciperet a rege prediū, quod sexcētas præstaret annuas marchas. Wilhelm⁹ pollicit⁹ operā cōuenit Adolphū archiepiscopum Coloniēsem: Vides, inquit, quo res uergat: Quid nitimur in aduersum flumē: Totus Philippo orbis cōsentit: Generis nobilitas, morum probitas, rerū magnificētia pro illo faciūt: Proinde quo nos Deus ire iubet, ne reluctemur: Placeat tibi cōsiliū meū: ut Ottone relicto Philippum sequamur: Hac stat parte iustior causa. His atq; alijs uerbis motus Adolphus, Wilhelmo non refragat: Eoq; res puenit, ut missis inuicē crebrioribus nūcijs, Phillipū Adolph⁹ Aquisgranū pductū, regem cōsecraret. Displicuit ea res plurimū Colonienſi capitulo & populo; ita ut in faciē re-

sisteret archipiscopo suo: quid tam opere uariaret: ipsum esse qui Ottoneum  
summo pontifici contempsasset: nunc uersa sententia illu sine causa reprobaret.  
Cunqz archiepūs in coepio suo persisteret, misse sunt a capitulo & populo  
literē ad summū pontificē, archiepiscopi fluxā fidē accusantes. Vocat papa  
pontificē, ut ueniat infra mēsem & dimidiū obiectis responsur<sup>o</sup>. Ille negle-  
cto ecclesie mandato, domi resedit. Dati sunt iudices, canonic<sup>o</sup> & duo parro-  
chiales; qui cum legitime citatū moneret ut errori suo renūciaret, alioqui  
excommunicatum deficeret sede sua, & idoneū alium preficeret ecclesiæ ad  
formā apostolici mandati. Sed archiepūs omnia contempsit. Ergo cum non  
acquiesceret monitis delegator<sup>o</sup>, post excommunicationē, interdicto suppo-  
nitur, & omnib<sup>o</sup> insordescēs deponit, & Bruno Bunnēsis prepositus in lo-  
cum eius eligitur: Ad quod exequendū maiores personæ delegant. Libet in-  
serere apostolicam epistolam sub bulla missam. CA XXIII.

Nocēcius epūs seruus seruor<sup>o</sup> Dei: Venerabilibus fratribus ar-  
chiepiscopo Mogūtino, & episcopo Cameracēsi, & dilecto filio  
Scholaستico sancti Geronis: Salutē & apostolicā benedictionē.  
Ut Adolphus Coloniensis archiepūs incidat in foueā quā pararat, & intret  
impi<sup>o</sup> gladius in cor eius, p̄tinax ipsius inobedientia, piuriū iteratū, & p̄di-  
tio uulgata depositū: Ipse enim nec Deū timēs, nec reveritus hominē, nec  
Coloniensis ecclesiæ dignitatē attendens, in offensam Dei, ecclesiæ Romane  
contemptū, & sue sedis dispēdiū a se iugū obediētię excuslit, iuramentū se-  
mel ac iterū præstitū uiolauit, & eum p̄didit quē crearat. Sane cum olim  
charissimū in Christo filiū nostrū illustrē Ottonē in Romanū Imperato-  
rem electū coronasset in regē, & fidelitatis ei præstisset iuramentū, apud  
nos multiplicitē instituit: ut eidē regi fauore apostolicū impēdētes, ratum  
quod ipse fecerat haberemus. Cūqz multiplicatis intercessionib<sup>o</sup> obtinuissest  
a nobis: ut in honorē ipsius ecclesiæ Coloniensis regis deferremus honori,  
coepit in eiusdē deuotione tepe scere, ac manū suā ab aratro retrahēs, occa-  
siones fruolas inuenire a nobis, ne quod plātarat, irrigaret, quatin<sup>o</sup> cito are-  
sceret plāta eius, cū sollicitudinē subtraheret manus plātatoris. Verū quia  
neqz qui plātat neqz qui rigat est aliquid, sed qui incremētū dat Deus: in-  
uiuit nihilomin<sup>o</sup> per gratiā nou<sup>o</sup> palmes: & cum extēderet iam ramos su-  
os & pullularet, uidit plātator inuidus, & inuidit, & non potuit diutius oc-  
cultare virus suū: quia nequam mentē iniqua operatio reuelauit, & arbor  
agnita est in fructu. Cōmonit<sup>o</sup> igit<sup>o</sup> & cōuentus iterū præstitit iuramentū,  
quod eundē regē nunqz desereret, nec in partē alterā declinaret: sed iuramen-  
tum stabilire non potuit mentē illā, que innatæ leuitatis uitio fluci uabat.  
Nos autē sicut nō de facili crederem<sup>o</sup> quod vir prædit<sup>o</sup> tāta dignitate sic esset  
aduersari<sup>o</sup> sibi ipsi, ut quod fecerat, intēderet nullare: nequid tñ nostre de-  
esset sollicitudinis, ad cōstantiā eū excitare uolētes, & monitis, & minis in-  
stitimus apud ipsum, & sub quāta potuim<sup>o</sup> ei districione p̄cepimus: ut  
eidē regi assisteret, & ad p̄missionē eius efficaciter aspiraret, cauēs sollicite  
ne maledictionē pro benedictione acciperet, si illusissime nobis tam turpiter  
probaret: Ipse uero nō attēdēs, quod sicut obediētia uicīmis antefert, sic in-

obediētia idololatrię cōparat, lora derūpēs, in uitiū in obediētię incidit, &  
 cōtra preceptū nostrū & propriū iuramentū, corrupt⁹ pecunia sicut fert⁹,  
 dñm suū temerari⁹ prodidit: & cōuersus in arcū puerum, nobili uiro Phā  
 lippo duci Suēnię cōtra eū impudēter adhesit. Et ne qd ei⁹ presumptioni  
 deesset, & ne culpa ei⁹ aliq̄ uelamine posset palliari, nuper Aquisgrani, ubi  
 præfatū regē ante solēniter coronauerat, memoratū ducē publice corona  
 uit: quis excōmunicatiōis sentētiā incurrisset, quā in ecclesia Coloniēsi co  
 rā multitudine copiosa, ipso presēte, ac gerēte stolā sacerdotalē in collo, &  
 cādelā in manu accēsam teneret frater noster. G. Remēlis archiepūs, nunc  
 epūs Prenestin⁹ Ap. Se, legat⁹, pmulgauit in eos, qui a præfato rege disce  
 derent, & parti alteri adhērerēt. Ut igit̄ Coloniēses, qui noluerūt in malo  
 caput languidū imitari, sed in eiusdē regis fidelitate p̄stiterunt firmius, &  
 persistūt, expugnato fermēto ueteri, qd uoluit tātā massam corrūpere, sint  
 noua cōspersio, sicut sunt azimi, nihil corruptionis habētes: cū iuxta cano  
 nicas sanctiones accusatione nō egeāt manifesta: Vnde nos ei⁹ exēplo qui  
 absens corpore, presens autē spiritu Corinthiū dānarat absentē, potuisse  
 mus in eū sentētiā pmulgare, ad maioreū tñ cautelā, cōsilio fratrū nostrorū  
 & tam episcoporū, q̄ prelatorū pluriū, discretioni uestre per apostolica scri  
 pta mādam⁹, districte p̄cipiētes, quatin⁹ cū apud uos sint ista luce clari⁹  
 manifesta, dictū archiepūm pulsatis cāpanis, & accensis candelis, singulis  
 dñicis dieb⁹ & festiuis excōmunicatū publice nūcietis, & faciatis per oēs  
 ecclesias Coloniēses, & uicinas dioceses, sub solēnitate simili nūciari: Su  
 fraganeos, & omnes uasallos Coloniēsis ecclesię, tā clericos, q̄ laicos, abso  
 lutos ab ei⁹ obediētia nūciātes. Quia uero si tātum scelus maneret inultū,  
 quis de cetero posset impune inobediētię uitiū, piurię crimē, ac pditionis  
 facin⁹ ppetrare: sub eadē distictione uobis p̄cipim⁹, quatin⁹ cū hec nū  
 la possint apud uos tergiuersatione celari: uos eū authoritate nostra suf  
 fulti, a pōtiscalī officio sublatū, cuiuslibet cōtradictiōis aut appellationis  
 obstaculo remoto, deponatis: nisi forsā infra mēsem post factam a uobis  
 denunciationē ad sedē apostolicā accesserit iudicādus: his ad q̄s electiōis  
 ius noueritis p̄tinere, apostolica authoritate iniungētes: ut personā idoneā  
 que tāto cōgruat oneri & honori, sibi eligāt in pastore: Qz si electionē cō  
 sidererit aliqua forte, qd absit, cōditione differri, ne bona Coloniēsis eccle  
 się possint interim deperire, alicui p̄sonę honestę, ac puidę, & potentiam, cō  
 mittatis administrationē illi⁹. Quia uero illius ecclesię tāto ampli⁹ zelam⁹  
 honorē, quāto clerū & populu eius deuotiores & firmiores sum⁹ experti,  
 ne unitatē ei⁹ aliqua scissura corrūpat, si forsā hi ad q̄s electio spectat nō  
 powerint cōuenire, p̄cipiatiseisdē: ut in aliquos uiros idoneos cōferant  
 uota sua, ad sedē apostolicā accedētes, cum cōsilio nostro, qui ad eorū con  
 cordiam faciente Dñ dabimus operam efficacem: ut personam idone  
 am sibi elegant in prelatum. CA. XXV.

Anc īserendā putaui decretalē epistolā, quia plena est rebus ge  
 rendis tum, nūc gestis: Taliter, ut meruit, de sua dignitate Adol  
 phus est electus, & Bruno Bunnēlis p̄posit⁹ in eius est locū sur

## LIBRI VII. SAX. CA. XXV. ET XXVI.

387

rogatus: qui a dñō apostolico archiepiscopatus insignia suscipiēs, & cum Ottone que pacis sunt sentiēs, in ciuitate qdē subditis suis preerat. Adolphus aut uir nobilis magni generis, que foris fuere tenuit occupata. Erat qui postea p̄tētarū animū Sūmi p̄tificis: ut ad Adolphū denuo inclinaret, sed non p̄equaluerūt: Decreta ille sua cōseruabat, scribens Ottoni regi in hēc uerba: Innocēti ep̄us seruus seruor̄ Dei: Charissimo in Christo filio illustri regi Ottoni, in Romanū Imperatorē electo: Salutē & apl̄icam benedictionē. Syncerē intētionis affēctū, quē circa, pmotionē regiā habuimus haecē & habem⁹, explicare nos literis non oportet, cū pleni⁹ hunc exponat affēct⁹ & fideli⁹ interpretent̄ mētē nostrā opera q̄ scripture. Sane pr̄ter opinionē pluriū & multor̄ cōsilia, suscepim⁹ ab initio causam tuā, de cui⁹ promotione omnes pene penit⁹ desperabāt, & studuim⁹ efficaciter promoueri, nec te in articulo illo reliquim⁹, quo per obitū inlyte recordationis Richardi regis Anglor̄ auūculi tui uidebaris ab oīib⁹ derelict⁹: licet eī nō defuerāt, qui multipliciter nos tētarint, ut munerb⁹ & pmissis nos a pposito tui fauoris auocarēt, nec prece tñ, nec precio nec minis, nec alijs reb⁹ poterant inflectere mentē nostrā, quin de die in diē ampli⁹ in tua dilectione ferueret, & ad tuā exaltationē, pp̄fēsi⁹ aspiraret. Quis aut neq̄ qui plātat neq̄ qui irrigat sit aliquid, sed qui incrementū dat Deus, gaude m⁹ tñ in eo qui dat omnibus affluēter, quia ei qđ plātauim⁹ & irrigauim⁹ incrementū benignus indulxit: ita ut granū sinapis qđ mulier in horto suo legit seminasse, plāta nostra in arborē magnā iam creuerit, in cuius ramis uolucres ecclī dāte Dñō in breui sedebūt, & sub cuius umbra bestiæ terre quiescēt. Cū igit̄ Dñs dirigat gressus tuos, & firmet de die in diē ampli⁹ regnū tuū: monem⁹ serenitatē regiā & exhortamur in Dñō, quatinus cū tēpus iam acceperis oportunū, oportune, ac importune, uigilāter, & incelsanter insistas: ut bonū principiū finis optim⁹ subsequāt, & optatū cōmu ne desyderiū nostrū sortiaſ effēctū. Foucas in dilectiōe ac deuotione tua principes qui te fouēt: ut alios meli⁹ ad tuā serenitatis fauorē inducas: & dū tibi fauor arridet, ad tuę promotionis, p̄uectionē intēdas, nec negligas in aliquo factū tuū: sed omni diligētia studeas promouere. Sane speram⁹ in eo qui est in se sperantiū fortitudo, q̄ si denuo p̄faceris sicut hoc anno diceris profecisse, non erit qui tuo profectui se opponat, uel diuinæ dispositiōni resistat. Datū Anagnię, XVII, cal. ianuarij, anno p̄tificatus nostri VI. Hęc idcirco interponēda putauī: ut summū p̄tificis Romani studiū erga regem Saxonem agnoscamus.

## CA XXVI.

Hilipp⁹ qđ non cessabat cōciliare sibi fauorē plurimor̄, posteaq̄ Aquisgrani in regē est coronat⁹: ipsamq̄ Coloniā infestus persequebat̄, & ducē inter alia de Limburg suę parti inclinavit. Is tū erat dux dux Ottoniar̄ copiar̄. Cū eīm Philipp⁹ Colonię p̄inquaret, hic dux, qui p̄fectorus erat urbis, agmina eduxit in Philippū. Aderat ipse Otto cum ducis memorati filio, & archiepiscopo Brunone: Acerrima pugna cōserit: ipso tñ duce segnius administratē p̄lēiū, cecidere uiri quadringēti ex Ottonis parte; multi preterea capti, Otto ipse uulneratus elabit̄ cum

LIBRI VII. SAX. CA. XXVI. XXVII.

archiepiscopo & ducis filio, inq; arcē Wassenberg fugiens se recepit. Sed cum ibi ferendę obsidionı secur⁹ non esset, noctu clam cū ducis filio proficiuntur, archiepiscopo ibi subsistete. Assunt hostes die postera, & hostem cōclusisse rati, alacri⁹ obsidēt, & oppugnat, expugnatq; arcē. Captū archi epū in Herbipolim diuturna captiuitate pducūt. Inde uero cū papa misisset in Germaniā cōponēdē rei gratia duos cardinales, in Quedelēborg cōuent⁹ agebat Imperij. Ibi multa sunt uētilata: Sed tñ priusq; reges conuenirent, cardinales apud Philippū, penes quē difficiliores partes sunt rati se reperturos agebat, ostēdentes illi summi pōtificis ad pacē propēsissimā uoluntatē. Cunq; ille mādator⁹ fines ex illis scrutaref, dixere: Si Brusno capt⁹ uinculis laxaref, & omni captiuitate, tum ipsum q̄q; Philippū ex cōmunicatione soluēdū. Rex se nullo modo in laxationē capti posse assensum prēbere ostēdit, nisi ex sentētia oīm principū, & præsertim Adolphi, qui ppter se pateref sui honoris detrimētū. Cardinales, quo pacto incertū metu, an fauore, munere, an pmissis flexi, Philippū absoluērunt, Brunone non laxato. Tum ad Ottone quoq; regē se cōtulere, illū de reb⁹ interpellaturi. Sciscitaſ ille quid apud Philippū inuenerint. Respondent, ita rex extitisse necessitatē: ut illū uinculo soluerēt excōmunicationis, ut pacatio re ad reliqua cōponenda uterent. Excādescēs rex, literas summi pōtificis, quas ad se clāculo super mādato cardinaliū dedisset, protulit: Hæ, inquit, ostēdet, si mādati fines impleueritis; Sic enim stetit sentētia pōtificis: sine uinculo corporali Brunonis, non laxandū spiritale Philippi. Erubuere cardinales, & bene sperare iubētes Ottone, redeunt ad Philippū: Ostēdunt Brunonē oīm pacto laxādū, alioqui absolutionē quā impēderāt euanesce re: Inuit⁹ laxauit archiepiscopū; & paucis adhibitis descedērūt regis in colloquium: Ibi multis ultro citroq; dictis, sine fine discedēt. Philipp⁹ tñ intentus rei, eundē Brunonē iterū capi, & in arce munitissima Rodenburg iussit asseruari. Papa ubi res innotuit, scripsit Philippo: nisi laxaret Brunonē, illico grauiorib⁹ ipse uinculis teneref: Cuius rei gratia solutū remisit ad summū pōtificē: ut ibi remaneret, donec Adolpho prouisio fieret: dispēsa cumq; tantisper cum Adolpho, ut ducētas annuas de teloneo Bunnēsi, & tantudem de Coloniēsi, & octo stipēdia in ipsa ciuitate perciperet: quib⁹ rebus perfectis Bruno ad ecclesiā suā quiet⁹ regreditur.

XXVII.

Nnus erat quart⁹ post milleducētos, cum iam uniuersa Nordalbingia sub rege Danie Waldemaro esset: qui euocatū Adalbertum comitē de Orlemūde, omni illū p̄fēcit, quā oīm Adolph⁹ possederat, ditioni. Erat is filius Henrici de Orlemūde, qui relictā secundi Adolphi accepit uxore, ex qua sustulit, ut presumit, hunc Albertū. Vacabat tum sedes Raceburgēsis, mortuo Iſfrido. Diuiserant autē electores sua uota in duos: Nā ali⁹ Hēricū p̄repositū uirū industriū p̄tulere: ali⁹ Philippum, prisci pōtificis capellanū: Quę cōtrouersia cū in lōgum processisset, cōtulere partes arbitriū in Albertum comitē Nordalbingię: qui usq; ad Albim fluuiū regis Danie auspicijs omnia gubernabat. Albertus autē pretulit Philippū. Hic est ille Albert⁹, cuius nomē in fastis legit; sed ridi-

culo origo sileat: Vterinus frater tertij Adolphi, cui<sup>9</sup> mater, ut dixim<sup>9</sup>, Henrico paruuli sui tutori, nupsit. Hoc erat illud tēpus, quo Ierosolymitani pegrini, capta Cōstātinopoli, & rege illi<sup>9</sup> oppresso, Baldwinū Flādrię comitem, oriētis Imperio p̄ficerūt. Anno post tertio, qui fuit septim<sup>9</sup> post milleducētos, cum Hartwic<sup>9</sup> archiepūs Bremēsis diē suū obiūset, elector<sup>9</sup> maior pars (contemptis Hāburgēsibus regi Waldemaro tum parētibus, & perinde in Waldemarū dudum epūm Sleswickensem cōsentire haud poterāt) eundē Waldemarū elegit, iam Bononiæ literis uacantē. Maior ecclesiæ p̄positus, qui & ipse aspirabat ad episcopatū, cū sciret cōtemptos in electione canonicos Hāburgēses, & eoꝝ cōtemptum electioni nocitum, se cum aliquantis in ipsa urbe Brema retraxit ab electione, rei exitum prospiciēs. Misere Bremēses ex suo coetu, & ministerialibus solennes ad Waldemarū nūcios, cū decreto electionis. Ille mox cum eisdē sedē petiuit apostolicā. Gratulat̄ illi summus p̄otifex, nec tñ festinat cōfirmare, sciens esse in itinere qui meliora reꝝ documēta pferrent. Venere Hāburgenses, & cōceptū sui obiecere electioni. Venit & Petrus Roschildeſis p̄posit<sup>9</sup>, literas tñ, quas in itinere p̄tendit amisisse, nullas preferebat: Sed ostendit iuramentū a Waldemaro prestitū regi: Nunq̄ se eo loci cōsidere, quo suspectus possit haberi: Et quis unq̄ loc<sup>9</sup> suspectior esse posset, q̄ ille ad litora Germanic<sup>9</sup>. Sentīes Waldemarus rei difficultatē, illicientiat<sup>9</sup> abiit, & ad Philippū regem se cōtulit. Ille gauisus, mittit eum in ecclesiā Bremensem, suscipiturq̄ cum honore. Sequute sunt eū excommunicationis literē in omnē puinciam: Bremē tñ diu nemo obtendebat, donec inter offerentes quidā illas imponeret altari. Rex Waldemarus auditio introitu emuli sui, cum magno uenit exercitu illū impeditur<sup>9</sup>: Sed qm̄ Guncelin<sup>9</sup>, & Henricus comites de Zwerino regē offendērāt, pulso de Grabow arce sua Iōhāne Gantz, ad regem pfugiente, exercitū misit per manū Alberti memoriati in illos: qui arcē Boyceneborg oppugnās cōfregit, & omnē terrā gladio & igne peruastauit. Waldemar<sup>9</sup> quoq̄ epūs se bello in regē gerendo preparauit. Interea Burchardus maior p̄positus, preferēs suā ab Hāburgensisibus & quibusdā Bremensib<sup>9</sup> electionē, a rege Daniæ inuestit: & de opido Hāburgo, quod regi parebat, duxit in Stadiū, idq̄ opidū ui cepit: Inde tñ postea, cum Waldemar<sup>9</sup> epūs exercitū quā potuit maximum duxisset in Stadiū, eiēcit Burchardū. Abeunte uero exercitu, Burchardus receptū iterū opidum cōmuniuit. Rex autē Daniæ factō pōte Albim trāsui: In angustioribus credo insular<sup>9</sup> faucibus, & partium suar<sup>9</sup> fauori, arcam Horneburg firmauit. Hec breui transimus quia latius in Metropoli nostra diximus.

## C A. XXVIII.

Hilippus aut̄ rex cognito, q̄ rex Daniæ cū exercitu ueniret in fines Saxonīg, arbitrat<sup>9</sup> illū quoq̄ partib<sup>9</sup> Ottonis emuli sui accedere, ingentē cōtraxit exercitū Vngaror<sup>9</sup>, Bohemor<sup>9</sup>, Theutonum, & qui tum omniū erāt formidabilissimi Valuoꝝ: cōsedit Bābergæ adunationē exercit<sup>9</sup> sui exspectās: cum interim Otto non min<sup>9</sup> se excipiendo hosti, magnis copijs & cōmeatibus prouisis, & artiū ac opidor<sup>9</sup> munis

LIBRI VII. SAX. CA. XXVIII. ET XXVIII.

tionibus prepararet. Per quæ tempora erat Bâberge inter Philippi duces quidâ Otto de Wiltisbach comes Palatinus, intantum regi quicq; additus: ut filiam ille regis speraret cōiugem. Cuncq; feris moribus, q; nimiū uideret gladio promptus, occisis quibusdā qui regi essent cōmendatissimi, a se regem auertisset, iamq; illi filie nuptijs desperatis, filiam ducis Polonie, quæ materno genere ipsum etiā regē cōtingeret, deposceret; incq; eam rem literas a rege cōmendatitias deposceret, exemplar pferens, quo sibi profuturas speraret literas: rex uerbo assensus, animo aliud agebat: q; feroci uiro, ut filia, sic cognata putabat esse negandā: & pfectis iam literis tradite sunt poscenti. Ille ubi accepit, uel signo deprehēdit, uel animo cōiactit immutatas. Itaq; seuocās scribā, apertas iussit recitari; nam uir militaris literas ipse non agnouit. Vbi ille uidit literas Vrig, expauit, dñmcq; obsecrabat, ne se cogeret literas interpretari: esse sibi uitę apertū discrimē, ubi apud regem cōperiret se literas comiti recitasse: Pecūt precāti, & animo magis ac magis efferatus, reperit aliū, qui literas interpretaret: Infremuit ubi audiuit, & tñ nihil dicēs, iram, ut potuit, cōpressit: Stratis equis redibat in palatiū per media disponēs, qui abitū eius tueretur: & nudato gladio ludibūdus ibat per palatiū: Inde regij triclinij fores appellās intromittit: Ibi q; lu- dens gladiū uersabat. Increditus a rege, quid sibi uellet ensem in cōspectu suo uibrare, non esse locū, necq; tēpus digladiādi. Respōdet ille: Et loc⁹ & temp⁹ ensem poscūt. Hoc dicēs regē cōfodit, unocq; exanimat iectu. Dum stupēt qui aderat: ille dispositis p media custodib⁹, gladiū uersans, eques abibat. Hic erat lachrymabilis exitus regis Philippi uiri mansuetissimi, & qui in diuina religione non segnis haberebat: Apud summū tñ pontificem paterna illi & fraterna duricies oberat. Hic erat ann⁹ octau⁹ post milledu cētos, antea mōstrat⁹ religioso uiro in Raceburgo, q; finē esset tumultib⁹ ille inus datur⁹. Doluerūt incōsolabiliter omnes, qui regi illi adhæserē: Planixerūt qui uirtutē propius nouerūt: Sed uolat irreparabile quod pre- terierat. Waldemar⁹ Bremēsis electus, qui multū sperauerat in Philippo nunc magna parte spe concidit.

CA. XXVIII.

Ex Otto iam aduenisse tēpus ratus quo de intimicis se vindicaret, prohibit⁹ est a principib⁹, presertim archiepiscopo Magdeburgensi & Bernhardo duce Saxonię, recte rem cōiectatib⁹: meli⁹ mode- stia, q; ui rem prosperandā: Nam si uiolent⁹ institeris, inquiūt, aliū surroga bunt emulū: Sin māsuete ages, unus in te omniū aderit cōsensus. Sequit̄ rex iusta pacis cōsilia, & in Halberstadio indixit regni cōuentum, omnib⁹ principib⁹ euocatis: ut de cōmuni principe & generali pace ageret. Cōue nere frequētes de Saxonia, Turingia, Misna, utriuscq; ordinis principes, & renouata electione eūdē Ottonē declarauere. Aderat elect⁹ Herbipolensis Otto, questus iniuriā, & damna ecclesię suę infinita, per Hēricū & Philip pum fratres, pro qua etiā causa cēsus sit præcessor eius Cōrad⁹, nisi incolu mitati cōsulerebat ecclesię suę, nō se posse quicq; in regno uidere immutatū. Multa ultro citrocq; dicta fuere. Cū nō ex sentētia sua illi respōderet, exiēs abiisse uidebat: Sed ab amico reuocat⁹, electioni cōsensit. Cuncq; rex etiā

superioris Alemānię principes expectaret ad cōsensum, indixit cōuentū alīū  
 in Francordiā: Ibi paruere omnes Suevię, Bauarię, Frācię principes, una-  
 nimi uoto regē approbātes. Aderat filia regis Philippi unica, Iachymose  
 questa necem immeritā patris in sua domo, ab eo, quē dignitate auxisset:  
 Mouit omnes lachrymās puella: nam & causa, & persona cæsi, & cæsoris,  
 simul rei indignitas cōmiserationem cūctis extorsit. Fuere quilachrymas  
 non tenuere. Motus rex, proscriptione publica dānauit iniquū homicidā:  
 qui non lōge post ab Hērico Caladino, & Vlfonis filio, quē ille quoq; ce-  
 ciderat, obtrūcat⁹ est ad Danubiū, desectūq; caput in pfluentē projecere.  
 Rex pueram in protectionē accepit: & annitētib⁹ cunctis qui aderāt, etiā  
 regi despōderi cœpit. Impedimentū erat sanguinis: sed illud apostolica di-  
 spensatione tolli poterat. Trecētaquinquaginta arces cum prædijs suis in  
 dotem afferre dicebat. Ibi q̄coblata sunt regi Imperialia insignia: que ab  
 Henrico Imperatore ad fratrē facile puenerint. Orta est noua lux per Ger-  
 maniam. Erubuere quib⁹ ludibrio qñic⁹ fuit res Ottonis: qui etiā interpo-  
 sito pignore, nunq; regnaturū affirmarēt: in quib⁹ erat Francię rex, qui cū  
 Otto ex Pictavia Frācię ducere electus, ferit irrississe trāseuntē: Si enim il-  
 le aliquā rex, inqt, futur⁹ est, accepto nūc ab illo gradario suo, tres illi ciuita-  
 tes, cum ad regnū quiet⁹ puenerit, in Frācia dabo: Parisiū, Stāpes, Aureli-  
 anum. Qui cū sermo tum ad Ottone pferret, facile illi misit, quē tenuit so-  
 nipedem optimū, in eā conditionē: paruū munus regi ab rege futuro: sed  
 ut illius superbiā aliquā retunderet, hoc pign⁹ depositū. Anno deinde pxi  
 mo cōtendit rex in Aldenburg: alio nomine dixerit Plishā: ubi ingēs tum  
 erat Imperij patrimoniū. Nam Imperator Frideric⁹ quingētis argēti mar-  
 chis a comite Rabadone, cum arcib⁹ Lismę & Coldis cōparauit ditionē.  
 Aderant Misnēses & Citznenses, Poloni atq; Bohemii, & Vngari: Ibiq;  
 multis finitis disceptādo negotijs, & pace iurata, que omnibus curis teno-  
 uata est, rex Brunswicū cōtendit: ubi sacrā Pentecostes solennitatē p̄ggit,  
 ad quā solos familiares uoluit amicos cōuenire. Aderāt archiepūs Magde-  
 burgēsis, elect⁹ Halberstadēsis, Hildesemēsis, Huelbergēsis episcopi, Cor-  
 beiensis Fuldēsis, abbates. Aderat q̄c tot⁹ festiu⁹ dux Bernhardus, Lant-  
 graui⁹, Palatin⁹ Reni, Misnēsis, & de Lādesberge marchiones, Wilhel⁹  
 dux Luneburgēsis, Is erat regis german⁹, & marchio Brandenburgēsis:  
 Comitū non erat numerus: Militū etiā maior multitudo: quibus omnib⁹  
 honestissime & abundantissime de impensa regia est ministratū. In sancta  
 uero die, cū archiepūs Magdeburgensis Misnensem marchionē excōmu-  
 nicatū abire iuberet, nec placari posset ut adesse pateref, exiuit cum eo rex  
 ne uerecundia tangeret. Postera die re cōposita per regē, una ad diuinum  
 officiū proficisciuit. Cum cōuiuio pro regia magnificētia excepti letiores  
 essent, fenestra prospiciens dux Bernhardus, uidit leonem fusilē, quē Hen-  
 ricus dux pater, honori suo & memorię collocasset: comiter leonem appellans,  
 ait: Quousq; uertis hiatum in orientem: desine, iam habes quod uo-  
 luisti: cōuertere nunc in aliam mundi plagam. His uerbis omnium auxit  
 alacritatē, solutiq; sunt in risum uniuersi.

CA. XXX.

LIBRI VII. SAX. CA. XXX. ET XXXI.

Roficiscit inde rex Otto in Goslaria, ubi rebus ex sententia consti-  
tutis, puenit ad coenobiū Wakerođe, ubi a quinquaginta uob⁹  
abbatib⁹ est except⁹ cōsalutatus, & in fraternitatē, qđ magni ille  
fecit, recept⁹: & ab illis solēniter per dies aliq̄t, pcurant de more cōmeat⁹.  
Heripolim ueniēs, ubi cōuentū indixit, cum hymnis & laudibus excipit  
cōcinēte choro: Aduenisti desyderabilis. Aderat apostolici legati: Hugo  
Ostiensis, Leo Sabinēsis, cardinales episcopi, cum magna prælator⁹ prin-  
cipum & nobiliū frequētia. Sifridus Mogūtin⁹, Theoderic⁹ Coloniēsis,  
Iohānes Treuerēsis, Euerhard⁹ Saltzburgēsis archiepiscopi, Hēricus Ar-  
gentinus, Sifridus Augustēsis, Cōstantiēsis quoq; Otto Frisingēsis, Ma-  
negoldus Patauiēsis, Hēricus Ratisponēsis, Ludolph⁹ Basiliēsis, Heriber-  
tus Hildesemensis, Iso Verdēsis, Halberstadēsis, Hauelbergensis episcopiz  
Cono Elewāgēsis, Fuldēsis, Hersfeldēsis, Corbeiēsis, Prunnēsis, Herbipo-  
lēsis, abbates: Odoacer rex Bohœmīe, marchio Moraue, Lupoldus Au-  
strię, Bernhardus Saxonię, Ludouic⁹ Bauarię, Bertoldus de Saringia, Lo-  
tharingię, Brabātieq; duces, marchio Misnēsis, de Lādesberge Cōradus;  
de Brādenburgo Adelbert⁹, & alij q̄plures. Rex solis, quos dixim⁹, prela-  
tis & principibus in cōsiliū euocatis, ita ploquit⁹: Arbiter cœli Deus, qui  
etiā suscitat de puluere egenū, ut cum principib⁹ sedeat, & soliū regni tene-  
at, quiq; olim inter fratres cōtemptū Dauid ad regnū puxit, is per solitā  
sibi clementiā non respuēs nostrā humilitatē, quē reprobauerūt edificātes  
lapidē, ille cōstituit in caput anguli: Nūc ergo diuinę parētes iussioni nō  
refragamur: uestrū presertim cernentes in nostra assumptione cōsensum.  
Tales nos, ppicio Deo gerem⁹, ut neminē in hoc cōuētu suę uocis pœnite-  
at: Nuptias inire suademur a multis: In conspectu nostro est oīs regni no-  
bilitas, de illustrissimis domib⁹, uel unā inueniam⁹ regio dignā thalamo:  
Multor⁹ audimus inclinationē principū: qui Philippi quondā ducis Sue-  
uie filiā in cōmune bonū nobis putarūt cōsociandā: Sed obstat, phibitus  
cōsanguinitatis gradus: cui si apostolico inunere cōsulaet, nihil est qđ nō  
detrectem⁹. Ceterū rem omnē in cōmune omniū uestrū deliberationē re-  
iūcimus, cōsilio uestro non defuturi: hoc enūciātes, si sex annor⁹ millib⁹ no-  
bis uita, que pangusta est, donareūt, nollem⁹ inire cōsortiū thalami cū de-  
trimento perpetuę salutis: quid enim habet omnis mūdus qđ anime suę  
quisq; preponat⁹. Nec mouemur super dote, quæ qm̄ sit amplissima inter  
quatuor Philippi filias distribuaet: Nos in re toti ex uestro pēdemus cōsi-  
lio: nihil nisi quod communis prosperitas, & uestri iudicij indubitata gra-  
uitas denunciauerit, nobis est faciendum.

CA. XXXI.

Lli abiere cōsulturi: Cūq; frater eius Palatinus ipse quoq; in cō-  
cilium abire iam uellet: Sede, inquit rex, nobiscū germane frater,  
ne cuiusq; liberā in cōcilio uocē frōs tua discutiat. Deliberati re-  
diere: Lupoldū Austrīe duce facundissimū principē uerbo responsionis  
onerātes: qui his uerbis sententiā omnē omniū explicuit: hic, inquiēs, cōet⁹  
prælator⁹ ac principū optime ac illustrissime rex gratias habet modestiæ  
tug, q̄ rem tantā in arbitriū eorū coniaceris, meq; omniū uerbis iussere ut  
z ij

edicerem: Rem esse nō magni cōsilij, que luce clarissima cōmuni toti⁹ Ger  
maniæ paci sit cōsultura; nec eīm soli⁹ tui nūc agi⁹ causa; sed cōmunis oīm  
nostrū sal⁹ & prosperitas eo inclinat: Si renitereris oratū uenirēt principes  
ut affectū in se tuū inclinarēt: Nūc qm̄ in medio h̄eret sentētia ex eorū q̄s  
euocasti cōsilio processura, nemo in hoc cōuētu discrepat: omniū eo pro-  
pēdet inclinatio, ut foelicissimas, qd cōfidim⁹, nuptias, & nobilissime puel-  
le tibi thorū cōsories. Quod ad p̄hibitionē sanguinis ptinet, assunt apo-  
stolici legati cum ei⁹ rei plena facultate: qui suū in ea re ministeriū nō de-  
crectāt, qn̄ publica salus, & omniū cōsensus hoc depositit cōiugij: qd tibi  
omnes qui assunt, quicq; absunt, longū, faustū, fœlix imprecant. Vbi rex  
non ingrat⁹ acquieuit, iussa est uocari puella: Vbi uenit, a principibus ex  
latere regis inclinās, & sic suscep̄ta collocat. Rex anulo subarrauit cōsiden-  
tem, & excep̄it in osculo pacis: Inde in mediū cardinaliū ambo excipiunt.  
Tum assurgēs rex: Ecce inquit qd petistis reginam habeti⁹: uos quisq; de  
suo ministerio cogitate: nostrū fuerit cōmuni omniū inuigilare saluti. So-  
luto cōuentu puellā iussit cū germana honorifice Brunswicū deduci: ipse  
rex terrarū negotijs & regni curis intent⁹, cogitabat iam de profectione in  
Italiā, dec̄ Imperij corona suscipiēda cū principib⁹ agere incēpit. Cōuen-  
tu in eā rem in Augustā indicto, prelati & principes ex uniuerso regno or-  
dinant, qui euntē in Italiā regē comiten⁹. Erāt aut̄ hi: Treuerēsis, Magde-  
burgēsis archiepiscopi, Herbiplēsis, Spirēsis, qui & regni cācellarius, Ar-  
gentinus, Wormaciēsis, Basiliēsis, Cōstantiensis, Patāuiēsis, Curiēsis, Au-  
gustensis, Eystatēsis, Pragēsis, Olmucensis episcopi: De Augia, de sancto  
Gallo, de Kempten, de Wissenburgo, de Seltza, de Prunna, de Ebsterna  
abbates. Principes hi fuere: Bauariæ, Lotharingiæ, Sariniæ, Carinthiæ,  
Morauie, duces: marchiones, & comites plurimi. Ceterum qui remansere  
trāseūtiū sumptibus coopabant. Circa assumptionē Virginis alpiū iuga-  
tāto septus a gmine rex transmisit: Per Insprugge Brixia attigere: Deinde  
Athēsis fluuij deuexa trāseūtes, Tridentū puenerē. Ad Clusam Veronē-  
sium arx erat, quā magna manus militū infedit Veronēsibus infesta. Regi  
aut̄ trāslitū fecere incolumē qui arcē tenebāt, se ac sua offerētes. Veronen-  
ses tñ ab impugnatione non cessauere, quis rex pacē illis denūciaret. Qua-  
ex re exasperato rege, multis illi millibus aureorū regi datis, in gratiā eius  
redierūt. Procedēs aut̄ cū expedito agmine, a Cremonēsibus, & Mātu-  
nis obuijs excip̄it cum honore. Trāsito Pado, Parmēses, & Pōtremolēses  
honore certabāt in suscipiēdo rege: Nec defuere Mediolanēses, Ianuēses,  
Lucenses, qui in uiā occurētes, suarū urbiū claves, & magna ptulere dona-  
ria, regijs agminib⁹ in solatia sumptuū. Nec minor erat Aetrurię cura re-  
gem in suis urbibus honorāter excipere. Ad Viterbiū usq; pcedens, ob-  
uium habuit summū ab Urbe pontificē per millia Italica uiginti: Ibi con-  
plexus & osculatus, inuicēq; principes orbis gratulati sunt, q̄ mutuos me-  
rerentur amplexus & colloquia miscere. CA. XXXII.

i Am October appetebat mēlis, priusq; rex ipse Romā cōtingeret  
adoratur⁹ ad limina sanctorū apostolorū, ut Imperatoriā q̄c co-

ronā acciperet. Habuit autē in comitatu sex millia loricarū exceptis balista  
rijs, que leuis fert armatura, & eorū numero preterito, qui non ad pugnan-  
dum, sed illustrādum tāti regis exercitū affuere ex prelatis: qui et si ipsi mi-  
nime ad militiā scriberent, duxere tñ familiā nō paruā, que militātib⁹ in se-  
reret. Cunqz immineret dies coronationis, tātus est factus populi cōcur-  
sus: ut pressura grādis, & interitū multis & impedimēta rebus faceret agen-  
dar. Rex huic cōsultur negotio, spargi nūmismata iubet in diuersum: ut  
a pressura distraherent: & uix etiā ita lanceis & fustib⁹ iter tenere poterat  
in cēdē diui Petri, qui coronationi interessent. Igī in Dñica qua cōcinit ec-  
clesia: Da pacē dñe, Impator fact⁹ Otto cōse cratur, & Imperij diademate  
coronat: cū cōstis, uel mēte cōcīnētibus: Fiat pax in uirtute tua. Expleto ma-  
gnifice officio, papa uocat Impatorē ad cōuiuiū: Sed maiori instātia ure-  
get Imperator, ut secū ducat ad epulas pōtificem. Cum ergo inscedenda  
essent iūmēta, Imperator non immemor apostolice reuerēcie, strepā appre-  
hendit, & isto animo pdurās, cum illo, pōficiſcī per urbē in locū cōuiuiū ad  
Lateranū: ubi simul in unum diuiti & pauperi parata ab Imperatore sum-  
ma cura manebat refectio. Waldemarus interim Bremēsis post exitū Phi-  
lippi, iā pauper & exul, aures sumimi pōtificis pulsare nō destitit, misericor-  
diā implorās. Sed qm̄ multiplex erat cōtumacia, nihil potuit ampli⁹ impe-  
trare, nīsi ut extra Bremēsem ecclesiā in pōtificalib⁹ diuinū pageret offici-  
um. Obstitit qcz illi Ottonis Imperatoris cum Danorū rege Waldema-  
ro adhuc perdurans intelligentia, propter affinitatem, quam frater Impera-  
toris Wilhelmus cum rege inibat.

## CA. XXXIII.

Tto iam Imperator factus priusqz Roma abiret, ab Ro. exaspera-  
o tus, se uertit in illos, intus & foris oppugnās. Hucusqz autem in-  
ter Ro. pōtificem & Imperatorē integra durabat affēctio: Non  
satis autē cōstat qbus ex causis orta simutas, Imperatorē cōmovit in Ro-  
manos, & pinde pōtificē: nisi q̄ pōptū est cōjēcere: iam ciues Ro. ipsa iā  
dudum uera Romanitate uarieſcētē, ex omni colluuiē gentiū nouū popu-  
lū, qd Itali quoqz scriptores testantē, pacis hostē, quietis impatiētē, noui-  
tatis aligd ab Impatore, qd ille dare nollet, poposcisse: unde orta simutas  
illos prelio cōsumperit. Ad pōtificē autilla poterat subesse causa, q̄ Impe-  
rator per Italā antiqua Impij iura reposceret, quorū iam quædā trāſiſſent  
ad ecclesiā. Vēdicabat qcz ille Mathildis potētis per Italiam fœmine locū  
pletē hereditatē, quā illa legasse diceret ecclesiæ: Imperatore reclamātē, q̄  
duplici iure ad eū p̄tinaret: Nam legitim⁹ hēres uidebat amitē suę, que na-  
ra fuit, ut ostēdim⁹, ex marchionib⁹ Saxonie: & illo etiā iure non extante,  
uacantis feudi redibat ad Imperiū directū dñium. Abiēs urbe Imperator  
p̄dia que Romanę dicerent ecclesię inuasit Montē Faliscū, & urbes con-  
terminas. Papa missis nūcījs admonuit ut sibi tēperaret: memor esset lom-  
geui in psonā eius fauoris ab ecclesia, & q̄ nouissime paternā benedictio-  
nem presens accepisset. Valuit ampli⁹ apud Imperatorē indignatio q̄ ulla  
cōmonitio. Ex Tuscia autē iam diu fatigata, uertit agmina in Apuliā: quā  
Fridericus Hērici Impatoris fili⁹, sub ecclesię manēs, p̄tectione, iure hære-

ditatis de materno sanguine tenebat, cū sibi ecclesia dñum directū ascriberet. Ergo q̄ Impator magis magisq; incrudescēs, ab iniurijs ecclesie nū tēperaret, papa illū anathematis mucrone p̄cussit. Interim Gerhard⁹ Osnaburgēsis ep̄us Ro., p̄tificis trāslatiōe, in archiepūm Bremēsem cōfirmaēt: Sed dux Bernhard⁹ pro Waldemaro faciēs ipsum reduxit Bremā: Cui ciuitas instantū fauit, ut pro ipso interdictum ecclesiasticū diu sustineret. Sed per idē tēpus idē dux Bernhard⁹ de Hadeleria reuersus finē uiuēdi fæcit, filiū Albertū natu minorē in ducatu, Hēricū seniorē in comitatu de Berneborg & Anehold habuit successores. Hēric⁹ aut̄ Palatin⁹ Leonis fili⁹ Hēricū moriētē filiū p̄emisit, & sine hērede remāsit. Luctant̄ interim de Bremēsi diocesi Gerhard⁹ & Waldemar⁹. Hēricus Palatin⁹ pro Waldemaro arcē Valkēberg, & Gerhardus Sluttere in aduersos extruxerūt. Quare aut̄ Bremēses inhēserint Waldemaro, uide in Metropoli. **XXXIII.**

Nn⁹ erat duodecim⁹ post milleducētos, cum Innocēti⁹ papa, qui iam operas oēs in studio qđ uerteret in Ottone uidebāt amisisse, instantū cœpit odiſſe hominem, quantū ante dilexit; & cohortat̄ principes electores, ut qm̄ ipse excōicatū pridē, & deinde depositū Imperio Ottone abiæcerit, aliū sibi principē deligant ad Imperiū, obijciēs illis Fridericū adulescētē annor̄, XX. Sicilię regē Hērici Impatoris filiū, Friderici I. nepotē. Interim Otto nuptijs Brūswico celebratis, breui post nouā nuptā amisit morte subtractā. Frideric⁹ aut̄ instinctu p̄tificis rex Romanor̄ elect⁹, regē Bohemie in societatē bellī in Ottone assumpsit, & duxit in hostē, Brūswico illū pulsur⁹: Sed illos audiuit apparat⁹ Ottonis: ut Quedelēborg ueniēs inde iter uertēs retro abiret: Priusq; tñ ad hoc pueniret, Otto qui sciret auersum sibi p̄tificis animū, & p̄inde principes per excommunicatiōis sue nexū cōgressu suo abstinere, nec ignoraret Friderici mot⁹ ex Italia, omnib⁹ itinerib⁹ eius exploratis, apud Cōstantiā illi obiecit copias: Sed ferocior erat Frideric⁹ ad transiū, qđ ad interuertēdū Otto. Cū primū puenisset inuito Ottone in Germaniā, terrā patrū suor̄, hostē statuit in loco sue māsionis oppugnare: sed iter uertit ex causa quā dixim⁹. Interim Francię rex Philippus, cū sciret Ottone male sibi affectū propter propinquitatē sanguinis ad Anglię reges, quib⁹ iamduđ bellū erat cum Frācis ex possessione Normānię, quā uteq; sibi rex uēdicabat. Is igit̄ rex missō Mogūtiā filio Ludouico, persuasit Friderico: ut in Valentianū opidum sitū ad Mosam, sibi pro inēudo foedere occurrerēt. Quod ubi factū est, ingēs bellū exarsit in Ottone: Iam em̄ Philippus Frācię rex infest⁹ Fernando Flādrię comiti filio regis Portugalię, in Flādriā ducit. Is comes se regi Anglię submittit. Rex Anglię Ottone Imperatore ad arma uocat: Erat em̄ Aquisgrani Otto: Paraē bellū oīm maximū, cū reges duo, Ro. & Anglię in Francię cōcitarent, Friderico adhuc ad omnia quieto: Expeſtabat em̄ exitū p̄elij qđ parabāt utrinq;. Igit̄ cū rex Frācię iam Flandriā peruastasset, Otto Impator, qđ esset sorore lohānis Anglię regis genitus, uenit cū expeditis copijs in eam regionē. Rex Frācię rāta mole bellū agebat; ut omnē iuuentutis in regno suo florē duceret in agmine: Tornacum

LIBRI VII. SAX. CA. XXXIII. ET XXXV.

Franci petūt audito tāto duorū regū in se apparatu: q̄ eā urbē Flādrenses  
pridē occupassent: sed facile rex tātis copijs recuperauit. Dum aut̄ ibi Frā  
ci multa moliunt̄, Imperator multo suo comitatu Flādrensisbus p̄pinquat.  
Quod ubi Franci nunciat̄, parant se prælio. Sed cum essent angustiora  
itinera, pcedere in hostes rex noluit: Verū prudēti usus cōsilio, retrocessit  
in patētores cāpos, trib⁹ inde millib⁹, ad pontē (ut uocat) Bouinū. Sequit⁹  
tus cū agmine instructo aderat Imperator: Iam in alterno cōspectu agmī  
na erāt hostilia: explicuit uterq; copias suas ad pugnam. XXXV.

Ex Frācie cōuersus ad suos ait: Otto cōtumax ecelesie, irā Dei su  
pra se merito cōtremiscit: nos, et si peccatores, ecclesiæ tñ parem⁹:

Quocirca auxiliū ei⁹ ab alto bene sperātes prestolamur; in cui⁹ no  
mine prodeat diuī Dionysij foelix signū. Ab altera aut̄ parte Romanę ful  
serūt aquile, uolāt per nubila signorę dracones. Ita aut̄ itineris ratio cōpa  
rabat: ut Otto in aduersum staret sole, cum rex a tergo illū pateret, & ipsa  
iam meridie acrius urebat. Sinistro aut̄ regis ac dextro Flādrensiū cornū  
prima pugnabat acies. Flādrensiū comes memor, q̄ in sua, proc̄ sua ditio  
ne tam magnū præliū iniret, ut forte decebat, fortia facta suis præferebat.  
Sed dum audēti⁹ q̄ prudēti⁹ pugnat capi⁹: Miscent pugiles: equites incur  
rūt equitib⁹: Acris pugna trib⁹ horis pdurauit: Cēdūt, pcurrūt uicti ui  
ctoresq;. Germani qui cū Impatore uenerāt, regiā aciē ualide perurgebāt.  
Peruenerāt aliqui pfringētes aciē, tam de p̄pinquo pugnātes, ut regē Frā  
cie equo deturbarēt. Signifer inclinabat līlia: ut auxilia uocaret. Imperator  
uicissim a Gallis non sēgni pugna impeti⁹. Inuēt⁹ est qui appropērās frenæ  
iumēti ei⁹ arriperet: sed facile ille cū suo detrimēto repellit. Excepit uulnus  
in caput sonipes Impatoris: unde factū est ut inuitū auerteret acie: Sed no  
uo rursus imposit⁹ iumēto, redibat ad pugnā. Tāta aut̄ erat pugnāttū den  
sitas, ut minime in aciē recipere. Percrebuit fama de Impatoris fuga: Eā  
Galli excitarūt, & clamorib⁹ uulgarunt. Perurgebat utrinq; acris pugna:  
Cēdūt, capiunt̄, fugiunt. Comes Boloniensis inter nouissimos ex acie Im  
peratoris substitit, donec & ille capere. Galli tandem cedit uictoria. Hic  
erat exit⁹ grauissime pugnæ, quā Galli multis celebrāt carminib⁹, gloriā  
sue gētis efferētes. Ottoni hoc cōtigisse inforunatū bellū quis non uidet  
ob cōtumaciā in Ro, ecclesiā. Comes Flādrię tū capt⁹, XII, cōtinuos an  
nos egit in carcere, cū interim Iohāna cōiūx prudētissime Flādriā admini  
stravit: effecitq; postremū: ut maritū post multa eductū uinculis recipere  
in terrā. Otto aut̄ Impator in Saxonā reuersus, sibi sepe indignat⁹, q̄ con  
siliū sumpserit oppugnāde Ro, ecclesię. Frideric⁹ aut̄ cōtra eum magis ac  
magis inualuit: Nam Triueltz, & Lādeskronē, que usq; in eū diē pro Oe  
cone senserāt ui cepit, āno. XV, post. MCC, a nato Christo. XXXVI.

Vō tēpore rex Danię Waldemar⁹ multis nauib⁹ per Albim trā  
q; siens in Stadiū, qđ pridē Waldemar⁹ epūs occupauit, cogitabat  
opprimere: Sed, phibebat Palatin⁹ Ottonis frater, ita ut tum in  
fecto negocio rex frustrat⁹ redire cogere. Imperator aut̄ cū fratre, & O  
tione marchione de Brādēburgo, & Waldemaro episcopo obsedit Ham

burgū. Ciues cum regi Danorū parerēt, magis tñ afficerent Adolpho iu  
niori comiti, facile cesserū tātis uirib⁹: Sequēti tñ anno seruabat rex Da  
nię tēpora cū Albis glacie indurata esset: Qua occasione traiectis per gla  
ciem copijs ad Stadiū peruenit oppugnandū: ut extruderet Waldemarū  
epūm regni sui insidiatore: Sed cum gelu laxato, glacies q̄qz cepit flacce  
scere, tīmēs rex ne regressu intercluso fame laboraret in hostica terra, redu  
xit exercitū: & oēs uires in recuperandū opidū Hāburgū cōuertit, qđ pri  
ori anno Saxones occuparūt, iam in id roboris primū coaluerat: ut regē  
qđ antea nō potuit, sustineret oppugnātē: fame curabat perurgere, cū rex  
subtus ad Albim erigeret presidiū. Extat locus in parrochia diui Nicolai  
(Vrbē nouā uocāt) in quo tum arcē a rege firmatā crediderim. Angustū  
enim opidum, p̄tēter diui Petri parrochiā, tum, aut parū, aut nihil inclusit:  
nam reliquē partes illi postea accessere. Supra uero opidū ad partē oriētis  
Albert⁹ Nordalbingiæ comes, quē rex fecit Adolpho tertio succedere (co  
mes is erat de Orlēanūde tertij Adolphi uterinus frater) & ipse fortaliciū  
erexit, p̄hibēdis inuectionib⁹ rer⁹ necessariar⁹. Afflīcti autē fame, & cū nō  
cernerēt qui eximeret eos calamitate, pacti libertatē regi se dederūt. Inte  
rim Stedingi, qui haēten⁹ Waldemarū epūm defensitauerat, Gerhardo se  
archepiscopo cōiunixerunt, & Bremēses cum Waldemaro impugnarunt:  
Cōtra quorū impetus Bremēses Hēricū Palatinū Otonis fratrē inuitāt.  
Idē q̄qz Gerhard⁹, ut Waldemarū epūm excluderet, adiutus ab Alberto  
memorato comite, arcē & presidiū ad Zwingā fluuiū erigit: Sed Hēric⁹  
Palatin⁹ pro Waldemaro & Bremēsib⁹ sentiēs deicēt. Proximo tñ anno  
ipsi Bremēses iam malore pertesi, iū eti Stedingis Gerhardū archiepūm su  
ūm introducūt excluso Waldemaro. Imperator autē Otto cum fratre Hēri  
eo Bremensem parrochiā ferro & igne inuadunt, cum Waldemarum, cui  
studerent, cernerent excludi.

## CA. XXXVII.

Lbertus comes Nordalbingiæ nauigat in Liuoniā pugnaturus  
aduersus infideles, quæ tum peregrinatio per singulos annos re  
nouata, multū fructū afferebat in cōuersionē gentiū: quē pro du  
rica nationis, non nisi armis potuit ad iusticiā flecti, procurante Alberto  
Liuoniēsi episcopo: qui per annos triginta, cōtinuata nauigatione, peregri  
nos portat atqz reportat, duces, comites, pōtifices, prelatos, milites, milita  
res, equites, peditesqz, ciues, mercatores, qui zelo deuotionis accēsi, fatiga  
ri non poterāt, qđiu superesset qđ ageretur. Sed interim Otto Imperator  
cum magnis diu laborib⁹ per annos pene twinti in regno & Imperio la  
borasset, nihil adeo sensit infortunatū, qđ ecclesię rebellionē: Vnde factū est  
ut nū qđ postea fōelix successib⁹ esset. Cum autē morbo laboraret, qui uitā il  
li abstulit, nimiū facti p̄cenitēs, & ineffabili cōtritione cōpunctus, in arce  
Hartesburg māsitabat: A Sifrido Hildesemēsi episcopo absolutus, in pace  
quieuit; quā absolutionē Honori⁹ papa ratificauit. Tāta autē suisser fert mo  
rituri p̄cenitudo: ut coquinarijs suis p̄cipiteret collū suū calcaneis preme  
re, & uilissimā Dei creaturā omnino supplātare: Optima autē spes salutis in  
tanta cōtritione. Quo tēpore ministeriales ecclesię Bremēsis, arcē Vordia

XVI ET XXXVII  
LIBRI VII. SAX. CA. XXXVII. ET XXXVIII.

quā erexere duces Saxonie occupauerūt, per occasionē, quā dixim⁹ in Metropoli. Sequēti statim anno Frideric⁹ rex conuētu habito apud Goslariā, principes cōuocauit: ubi Hēric⁹ Palatin⁹, Otconis frater, insignia Imperij principib⁹ exhibuit: Et inde apud Frācfordiā, Gerhardus Bremēsis archiepūs, quē pro ciuitate Bremēsi in causam traxit idē Hēric⁹ Palatin⁹, ibi diē suū obiit, substituto in eius locū Gerhardo Padeburnēsi preposito, Bernhardi de Lippia, primū comitis, post abbatis, demū episcopi filio. Quo etiam tēpore rex Danię Reualiā in Estonia Liuonię, puincia occupatā extruxit, & ad Christianismū redēgit: ex quo tēpore semper permāsit sub ecclesiastica ditione metropolitani Lundēsis, quis temporale dominiū peruenērit ad fratres ordinis Theutonicorū in eadē prouincia. XXXVIII.

Rideric⁹ eius nominis. II. iādudū uiuēte Ottone Ro. rex elect⁹,

f ab Honorio Romę coronaē Imperator, Hērici filius, Friderici. I.

Impator⁹ nepos, anno Christi uicesimo post milleducentos. Sed quod cōtigerat ecclesię in Ottone, idē sensit in Friderico: Nam post accēptam a papa benedictionē, uterq; uerso in ecclesiā dorso in ei⁹ detrimentū multa patrabat. Ferūt tum tēporis cōcessisse e uita Cōstantiā eius matrē, fœminā & annis & prudētia maturā, que filiū diu uitij⁹ pro sua reuerētia cohibuit: Quæ ubi abcessit, continuo liberiōres sumpſit habenas, frenatāq; aliqdū nequitiā passus est uulgari: Nam summo pōtifici primū reniſsus, multa fecit que nō decebat: Monit⁹ nō destitit: Excōmunicatione pulſatus cōtēpsit, exarsitq; magis in malicia. Cōminat⁹ est pōtifex in eū deteriora: Irrisit primū. Exinde pōtifex exoluit uinculo religiōis oēs illi sacramento deuinctos: sed insanabilis p̄manēs, etiā Imperio deponit⁹: Sed neq; hoc magni fecit. Nā filiū suū Henricū decēnē puerū, ne ab Germanis abſiceret, regē Germanię declarauit Frācfordiē: idq; ratū habuere principes electores. Sūt hui⁹ rei exēpla plurima. Nā hoc ante illū fecit Fridericus. I. de Hērico filio post se imperāte: Fecit idē Henric⁹. III. primū de Cōrado filio, inde ubi iste displicuit, deficiēs a paterna improbitate, Hēricū. V. aliū filiū regē declarauit: qui etiā uiuētē patrē depulit Imperio. Hoc exēplum etate nostra sequut⁹ Frideric⁹. III. in Maximiliano filio, qui nunc regnat, magis, ut ferūt, fieri passus est a priucipib⁹ electoribus, q̄ faceret. Erat tum ann⁹. XXIII. post milleducētos a Christo nato, cū Waldemar⁹ rex in Dania sua ruri pnoctās, casum p̄tulit miserabilē: nam q̄ castra tū sub diuo teneret, nō appetet ex q̄ete tēporę suorū in regno: forte tūc uenationib⁹ apri cabat, rustica domo pnoctās. Id obseruās Hēricus Zwerinēsis comes, homo Saxonici generis, audax facin⁹, & oīni ſeculo memorabile est aggressus. Erat idē Hēric⁹ extra regis gratiā ex causa quā ſupra memorauimus: q̄ Iohannē Gantz arce sua Grabow exegiffet, profugientem in regnum: Eacq; ratione p̄cepto regis Albert⁹ de Orlemūde comes, Hēricū memo ratum etiā qbusdā ſui iuris arcib⁹ exuiffet, iācq; publica interposta fide idē Hēric⁹ ad placādū regē ueniffet in Daniā: Cūq; illi duras recōciliationis ſue cōditiones, quas ſubire nō poterat obtendiffet, obſeruabat tēpora qb⁹ in uenatione omnes regij stipatores iam dilapsi regē in tētorio cū uno uel

LIBRI VII. SAX. CA. XXXVIII. ET XXXIX.

393

altero reliqſſent, noctu ingressus Henric⁹ cū fidissimis, regē uinxit cū suis,  
 & obturās ora captor⁹ pducit in nauim, quā nō lōginquā habebat appa-  
 ratā: ita regē noctu eremigās nemine sentiēt, captū pducit in Saxoniā, &  
 in Dannēberge graui custodię mācipabat. Tētatū idē aliqñ de Friderico  
 I. Imperatore, ad amnē cū solo famulo diuersante: Vnde emergēs quidā qui  
 obseruabat, coriaria, sed stricta ueste, Imperatore mediū implicuit, conatus  
 pertrahere in amnē ut abriperet, p̄gissetq; nisi gladio ministri abacto la-  
 trone Imperator se explicuisset: illo per amnē ad suos natādo reuertēt. Sed  
 hēc alias. Cū ergo Hēric⁹ rex Imperatoris Friderici. II. fili⁹ sensisset captū  
 Danię regē in Saxonia, puincia ditionis suę detineri, gratiā aliqñ ei⁹ initu-  
 rus, curiā indixit in Bardewico, dudū euerso per Hēricū Leonē opido, sed  
 nūc paulū respirāt. Aderat eidē Hērico Engelbert⁹ Coloniēsis archiepūs  
 multa molit⁹ in relaxationē uincti regis: nihil p̄fecit. Permāsit aut̄ duob⁹  
 annis in carcere, donec. XLV, marchar⁹ argēti millib⁹ se redimeret, exce-  
 ptis denarijs & munerib⁹, quę in eā rē medio tēpore impēdit amicis, siccq;  
 uincula exiuit, quę duos per annos a comite tenuit.

XXXVIII.

Am bene gerēdarū rerū occasionē obseruās Adolph⁹ iunior co-  
 mes de Scowēborg, auxiliāte patre & Gerhardo Bremēsi archie-  
 piscopo, Hērico de Zwerino, & Hērico de Werle comitib⁹ dum  
 rex capt⁹ teneret: exp̄gissentib⁹ etiā Holsatis, qui iuniorē comitē latentes  
 in palustrib⁹ Wilstrię induxerūt trās Albim uocat auxilia, terrāq; occu-  
 pat patrū suor⁹ Trāsalbinā. Albert⁹ de Orlemūde comes, qui hac ten⁹ a re-  
 ge terre p̄fēctus omnia gubernabat, cū nullas a capto interim rege sup-  
 petias haberet, obuiā tñ p̄fēctus ueniētib⁹ collatis p̄fēlio manib⁹, ab Hen-  
 rico Zwerinēsi comite capit⁹, & cū rege Danor⁹ auūculo suo uinculis mā-  
 cipač: Rege tñ, ut dixim⁹, suo ære redēmpto: manebat ille in carcere ex eo  
 die in annos duos. Quo tēpore Fridericus Imperator, mortua prima cōiu-  
 ge, filiā duxit Iohānis regis Ierosolymitani: unde reges omnes Sicilię uen-  
 dicāt eandē sibi inscriptionē: nam ille pro dote suscepit titulū inanē eiusdē  
 regni Ierosolymitani. Anno deinde p̄ximo, qui fuit sext⁹ & uicesim⁹, rex  
 Danię Waldemar⁹, cum multū doleret per tempora captiuitatis sue iterū  
 amissam Nordalbingiā, captūq; Albertū cognatū suū de Orlemūde co-  
 mitē, expeditionē fēcit in Holsatiā, ad eā si fieri posset recuperādā. Auxilio  
 illi fuit Otto princeps Luneburgēsis, Wilhelmi, qui erat Leonis fili⁹, nat⁹  
 sorore Waldemari regis Helena. Sed nō pr̄ualuit tam subito recuperare,  
 qđ tāta iam uirtute comes Adolphus cū Holsatis tenuerūt. Hic prudēs le-  
 ctōr attēdat uulgarē omniū super hac re scribentiū errorē, q̄s nominis fal-  
 lit similitudo: Tradūt Adolphū tertīū, quē c̄esus apud Demyn pater par-  
 tiulū reliquit, quēc̄ primū Hēric⁹ Leo Holsatia exturbauit; deinde cum  
 per Imperatore Fridericū eā recāpisset, secūdo ab Kanuto rege, & Walde-  
 maro tū duce ei⁹ fratre eiæctus sit; eūdē nūc tertio Nordalbingiā recepi-  
 se, & inde nauigasse in Liuoniā, & reuersum, ordinē diui Frācīscī suscepis-  
 se. Sed ratio tēporū nō sinit; ut unū hūc extitisse credam⁹: Nam qui anno  
 sexagesimoquarto, cū pater cederet, puul⁹ erat; iam ejēct⁹ a Kanuto rege,

LIBRI VII. SAX. CA. XXXVIII. ET XL.

ad min<sup>o</sup> erat quadragenari<sup>o</sup>: hoc uero tēpore recuperatē Holsatię supra sexagesimū ageret annū: Quomodo ergo potuit idem post triginta annos & ordinē Frācisci suscipe nonagenari<sup>o</sup>, & supra, ac in eo per annos, XVI, & ultra uiuere? Quis credat octuagenariū cū cōiuge nauigasse in Liuoniā & ibi depugnasse? Sed qui diligēter rem intuent̄, inueniet filiū ei<sup>o</sup> patri extitisse equiuocū: qui terrā Nordalbingiā patre iuuante recuperarit, quēcꝝ adulescentulū mulier quā dixi nobilis a patre impetrarit; qui procedentib<sup>o</sup> annis, cū in eā uenisset etatē, ut armis idone<sup>o</sup> esset, sumptis auxilijs que dixim<sup>o</sup>, sit usus occasione capti regis, & Holsatiā receperit, regicꝝ occurrerit, hoc uicesimo sexto; & deinde maiori apparatu, qđ in Wādalia dixim<sup>o</sup>, & nūc paucis ad sequētē annū repetam<sup>o</sup>, regē ipsum suparit. XL.

Enric<sup>o</sup> Palatin<sup>o</sup> comes, qui iam sol<sup>o</sup> ex Hērici Leonis filijs super h<sup>o</sup> erat, sine ple mascula morit̄, uicesimo septimo post milleducētos, & perinde Bremēlis archiepūs comitatū Stadēsem diu uarie iā statū recuperauerit. Hēric<sup>o</sup> Leo prim<sup>o</sup> illū per arma uēdicauit: Inde pulso illo in Angliā, Adolph<sup>o</sup> tertii Holsatię comes, illū deditū ex Hērici custodibus per arma occupauit; unde illū recepit Hēricus Palatin<sup>o</sup> Leonis fili<sup>o</sup>. Waldemar<sup>o</sup> qꝝ Sleswickcēsis epūs, tūc elect<sup>o</sup> Bremēlis, aliquoties accēpit; sed in hūc usqꝝ diem in manu Palatini p̄mansit. Nam a diebus Luderū ducis, postea impātis, qui, ut dixim<sup>o</sup>, capto Liemaro archiepiscopo in illi redēptionē accepit aduocati ī Bremēsem: & deinde per potētiā Henrici Leonis accessit ducib<sup>o</sup> comitar<sup>o</sup> iste Stadēsis: Vnde factū est, ut tres Hērici Leonis filij ita partirent̄ paternā ditionē, qꝝ Ottoni pueniret Brūswicū cum attinētis: Wilhelmo Luneburgū cū terra sua: Hērico Stadiū & Brema cū ptinētis. Sed cū sine uirili ple Hēric<sup>o</sup> decederet, pact<sup>o</sup> est ecclīe redere sua iura: & ex pacto qđ idē prēsentē Impatore Friderico. II., cū Gerhardo fecerat archiepiscopo, idē nūc comitat<sup>o</sup> Hērico moriēte ad ecclesiā redibat unde postea nō est auulsus. Quo etiā tēpore, cū Frideric<sup>o</sup> Imperator expeditionē in terrā sanctā pmulgari fēcisset, multicꝝ se principes eidē peregrinationi accinxissent, inter alios Ludouic<sup>o</sup> Turingiæ Landgravius beatę Elisabeth marit<sup>o</sup>, in portu nauigatur<sup>o</sup> morit̄: & Imperator que reliquit arma, & in auro argētocꝝ iocalia, omnia iussit cōfiscari: Cum interim Hēricus rex Imperatoris filius Brūswicū occupare cōtenderet: qꝝ eā precio cōparasse dicereñ a seniore filia Hērici Palatini moriētis. Ad eādē qꝝ possidendā iure cōtendebat dux Bauarię, qui minorē eiusdē Hērici filiā tenebat cōiugē. Cūqꝝ hēc principes molirent̄, Otto princeps Luneburgensis, Wilhelmi filius, Leonis nepos, omnes prēuenit: & ingressus urbē, eā magnifice defendit: ut frustraret̄, qui uel armis, uel emptionis, uel successionis titulo conabātur occupare: Factusqꝝ est prim<sup>o</sup> utriusqꝝ possessor ditionis, Brunswici, & Luneburgi, post auū suū. Titulus aut̄ ducat<sup>o</sup>, qui uacabat a tempore destituti Leonis, per Fridericū. II., illis reddebat: qđ statim diceamus. Hic ergo Otto solus mascula stirpe remansit ex successione Leonis: Nam Otto Imperator, & Henric<sup>o</sup> Palatin<sup>o</sup> sine uirili prole, ut dixim<sup>o</sup>, decessere, Saxonię aut̄ titulū tū Albert<sup>o</sup> habebat Bernhardi filius; quē qđē

LIBRI VII. SAX. CA. XL, ET XLI.

Albertū ducē Nordalbingi uocauerūt: ut qm̄ regi Danorū iam rebellare cōperūt, Lubicā atq; Raceburgū illi cōsignarūt. Dños aut̄ Nordalbingie uocat annales eos: qui intra Albim & Daniā aligd ditionis tenuerūt. Hi fuere Adolph⁹ iam ei⁹ nominis quart⁹, Hēricus de Warle, de Zwerino, & Raceburgo comites: Instabat enim bellum maximum, quod totis Danici regni uiribus imminebat.

CA. XLI.

Nnus erat septim⁹ & uicesim⁹ post milleducētos, cum iam terror a Danici nominis obsolesceret, minusq; timeri inciperet ante uictoriōsus rex: posteaq; ab Hērico comite de Zwerino capt⁹ & redēptus esset, & iam semel ex regno detonās, armis esset a Nordalbingis repressus: Cum interim ciues Lubicēses, iam se recogitātes pridē Impio per Fridericū I. cōiunctos, per annos iam. XXV. seruisse Danis, uiderentq; Adolphū in Holsatia iugū eius reiēcisse, & ipsi de sua libertate cōperunt intēdere: mittentes ad Imperatorē iam Fridericū II. qui Imperiali culmini ostēderēt, se non uolētes esse per arma detractos Imperio, nūc ad ei⁹ subiēctionē iterū aspirare: si modo p̄tectione Imperiali securi, tutiq; manerēt. Nihil grauatus Imperator, ad unionē Imperij illos recepit, eximens a iure uiolento, qd nolentes subierāt, armis illos p̄cipiēs suā tueri libertatē: scribensq; uicinis præsidibus, ut pro Imperij honore, accederēt eorū auxilio. Quibus apud Imperatore impetratis, mox obseruātes tēpora, arcē quā Lubice tenuere regij, ciues occupāt, custodes p̄cipitāt, & apertā regi rebelliōne moliunt̄. Rex euocato ex Transalbianis Ottone principe Brūswickense & Luneburgēse, ex sorore sibi nepote, ipse toti⁹ regni uirib⁹ in expeditiōne uenit: Mouit trās Eydorā in Holsatiā: nec segniores occurrerant archiepūs Bremēsis Gerhardus: dux Saxonij Albert⁹: Adolph⁹ de Scowenborg & Holsatia: Hēricus de Zwerino comites, dñiç Wādalij pxi⁹: quib⁹ Lubicēses ciues omnia que possent arma cōiunxerāt. In regijs aut̄ agminib⁹ erāt Thietmarisi, qui comiti Adolpho clam fidē fecerāt, pugna feruēscēte, se trāsituros ad eius signa. Ipso die Marię Magdaleng acie cōcurrūt in Bornehouede: Ferūt aduersum solē oculos Saxonū p̄cussisse. Sed tum ciues Lubicenses uotū cōcāpisse super eius diei peragēda annua solennitate celebriter, si uincerēt: Apparuisse Magdalena inter nubila, & nubē opposuisse fulgēti soli. Pugnatū est acriter: & cū aliqdīu cōis mars sequiret, demū uolitasse uictoriā in partē Saxonū. Rex cum filio uix elabit: Otto dñs Luneburgensis capit̄: Dani qui cædi supfuerāt, fugē p̄folidum querūt. Capt⁹ Otto in uincula deducit: p̄eda inter milites diuidit: Adolpho Holsatia: ciuib⁹ Lubicēsibus libertas puenit ex uictoria. Interim Albertus de Orlemūde comes, quē Hēric⁹ de Zwerino uinctū tenebat, redditā arce Louenborg, quā sui tenuerunt, liber euadit. Arx Alberto duci redditur, quā pater eius primus firmauit: unde successores eius tenent in hodiernū: Id erat militiē stipendium duci; Nam captum Ottonem Zwinensis comes suo lucro asseruabat.

FINIT LIBER SEPTIMVS.